An, & quando ratio quia vicinus, vel consanguineus admittatur.

SECT. 35.

DEPONENS de vita, de moribus alicuius reddens causam quia consanguineus vel vicinus probat,Bart.tract.de testib.n.13.& 14.Bal. tract. de testib. 3.pars n.6.

Item deponens se anteà Titium cognouisse, quia erat vicinus suus contiguus probat,Bart.tract.de testi. n.45.

An super ætate interrogatus probat si in redditione respondeat quia frater.Nell.tract.de test.n.190.Farin.tract.de testib.quæst.70.n.171.

Reddens causam scientiæ, quia sum vicinus, aut cõiunctus concludit, & bona est ratio, saltem super his quæ respiciunt iura sanguinis, quia coniunctus præsumitur scire facta coniuncti Crot. tractat.de testib. tit.quan.& quomodo test.exam. n.12.& 14.

Vicini assertioni quando stetur reddentis rationem quia vicinus id.Crot.ibid.n.15.

Proba-

Probatio & si necessariò non concludat per rationem quia vicinus, aut coniunctus præsumptiuè,tamē concludit.id.Crot.ibid.n.16.& 108.

Imò optima est probatio si interrogatus dixit nescire ad probandum contrarium, quòd sciuerit si probetur esse varius.id.Crot.ibid.n.13.

Sententia lata per dictum testium reddentium caussam scientię,quia vicini aut coniuncti,nunquam transit in rem iudicatam. Crot. tract. de testib. tit.quand. & quom.contr.test.exam.n. 17. Farin. tract. de testib. quæst.70.n.194.

An admittatur huiusmodi ratio in probatione habitationis, mortis, possessionis, vel quasi vsuræ, meretricii, hęresis, in genere ad probandum aliquem blasphematorem,aleatorem,fornicatorem, venatorē, vel prodigum. Farin.ibid.n.170.cum seqq.

Admittitur in omni casu in quo non necessaria sed præsumptiua tantùm probatio requiritur.Farin. ibid. n.183.

Item in ijs quæ communiter accidunt, vel à iure præsumitur, vel quando agitur de probando aliquid in genere.Farin.ibid.n.201.202.

Non admittitur in probatione dominij, nec alicuius actus aut contractus facti in domo vicini, vel consanguinei, nec in probatione testamenti, nec adulterij,furti, aut alterius delicti cōmissi in domo vicini, vel consanguinei doli, vel fraudis. Farin. tract. de testib.quæst.70.n.180.cum seqq. & n.203.

Sufficit ad condemnandum, donec probetur contrarium, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, saltem ad imponendum pœnam mitiorem, quia est præsumptio iuris non hominis.id.Farin.ibid.nu.186. 188.189.193.

Ex hac probatione non defertur iuramentum sup-

pletiuũ, si modò deponatur super actu momentaneo vicini, secus si de actu successiuo, & frequentato. Itẽ dummodo deponatur super actu qui oculos vicini latere potest, aut super ijs quæ communiter vicinis nota non sunt. Imò nec super iis, quæ nota pariter vel ignota esse possunt, quia in his omnibus casibus huiusmodi ratio non probat. Farin. ibid. num. 196. cum seqq.

Vtrum testis ratio quia vidi, vel præsens fui probet & quando.

SECTIO 36.

DE TESTIBVS de visu, & cognitione deponentibus, & de eorum depositionis validitate. Syntag. com. opin. loc. 9. tit. 2. cap. 26.

Dicens vidi Titium promittere Seio probat. Bart. tract. de testib. n. 17.

Item si quis deponens quem dominiũ adiiciat causam quia vidit illum statuto tempore quod præscripsisset probat vtile dominium, idem Bart. ibid. n. 8. & 21. Si verò dicat quia vidit tantum non probat. Nell. tract. de testib. n. 134.

Item si deponat super his quæ ita nobis communia sunt, quòd aspectu ab omnibus recognoscantur, vt in lapide, ligno, & similibus id. Barth. ibid. n. 23.

Item possessio per visum probatur. Nell. tract. de testib. n. 133.

Item deponens circa aromata, lapides pretiosos & similia sufficit quod dicat se vidisse, se scire illius esse condicionis. Bar. tract. de testib. n. 24.

Item deponens determinatè circa mensuram vini, vel olei, si dicat quia mensurauit vel mensurari vidit probat, si verò indeterminatè satis est quod dicat se vidisse

vidisse Bart.ibid.n.50.

Pondus quoque determinatè probatur per testes dicentes se ponderasse, vel vidisse ponderari, indeterminatè vero si dicat quod manibus ponderauit. Bart.16.n.49.

Itē deponens super mensura fundi, vel muri limitatè, probat si est peritus in mensura, & dicat se mensurari vidisse.Bart. tract.de testib.n.48.

Item deponens super longitudine, vel latitudine alicuius rei probat si dicat se vidisse mensurari. Bartol. tract.de testib.n.47.

Item si dicat rem magnam, vel paruam quia vidit. id.Bart.ibid.

Item si dixit quod vidit tradi decem corbes frumenti probat, secus si dicit quod videt tradi aceruum frumenti quod erat decem corbes Bart. tract. de testib. n.53.

Testis deponens se vidisse probat, licet interrogatus aliam causam non reddat. Bart. tractat.de testib. num.13.Crot.tract.de testib.tit.form.in test. exam. n. 202.

Deponens aliquem cerdonem vel artificem alicuius artis si dicat quod vidit exercere dictam artē probat,Bart.ibid. n.61.

Testis deponere debet de his quæ nouit, vidit, & interfuit. Crot. tract. de testib. pact. 9. numero 1. Tynd. tractat. de testib. part. 3. cap. 7.num.5. Baldus tract.de testib.part.1.n.3.Nell.tract. de testibus num. 179.

Quid si deponant per sensum visus de eo quod non poterat percipi nisi per auditū, Crot.tract.de test. tit .de form.in test.exam.num.202.

Si testes examinati de percussione, vel vulnere facto inter duos rixantes, & dicunt quod

non viderint quando fuit facta percussio seu vulnus, sed viderunt eos inuicem rixantes & statim cessata rixa viderunt eum esse percussum, an probent esse vulneratum, & ex tali probatione resultet iudicium sufficiens ad condemnationem. Crot. tract. de testib. part. 9. n. 38.

Testis deponens vinum esse, quia vidit, non probat nisi dicat, & gustaui, vel odoraui, vel vidi in taberna vinaria. Bart. tract. de test. n. 34.

Ratio in teste attenditur, & non dictum, & ideo si testis dicat credo quia præsens fui, & vidi, probat. Bald. tract. de testib. par. 3. n. 1.

Testis dicens se aliquid vidisse de nocte, probat si dicat quod luna lucebat vel erãt luminaria aut magnus ignis. Bartolus tractat. de testib. num. 43. alias secus Crot. tractat. de testibus tit. form. in testib. exam. numero 176.

Testis dicens Titium fuisse qui illud fecit, quia dũ se aspiceret in speculo illum vidit, non probat. Bart. tract. de testib. n. 44.

Sensus visus est generalis ad omnem sensum corporis. Bald. tract. de testib. part. 3. n. 23. & quomodo pro omni sensu corporeo accipiatur. Nell. tract. de testib. n. 131.

Visus tamen propriè est actus videntis oculo corporali, de intellectuali. Nell. tractat. de testibus num. 132.

Pronomen hic, hæc, hoc, demonstratiuum est ad oculum corporis. Nell. ibid. n. 185.

Probatio inuisibilium per quæ perspiciatur, & an requirat rationis assignationem in testis depositione. Curt. tract. de testib. n. 76.

Testes qui non dicunt se vidisse & interfuisse repro-

reprobantur. Angel. tract. de testibus num. 4. debent enim dicere se interfuisse his super quibus deponunt. Nep. à Mont. Alb. tract. de testibus numer. 109.

Titium fuisse qui aliquid fecit quomodo probetur per testes, & an sufficiat si dicant testes se vidisse. Bart. tract. de test. n. 42.

Dicens scio, quia præsens fui, vel interfui, probat, Bart. tract. de testib. n. 17. Farin. tract. de testib. quæst. 70. n. 152.

Deponens quia præsens fui intelligitur & intelligens. Bald. tract. de testibus, part. 3. nu. 24. Bart. tract. de testibus num. 17. In statutis tamen, legibus, testamentis, vel contractibus debet præter præsentiam etiam probari intelligentia. Farin. loc. citat. numer. 157.

Dicens quem mortuum quia interfuit eius sepulturæ, licet cadauer non viderit, sed sic tunc dicebatur probat. Bart. tract. de testib. n. 39.

Ratio est eadem in dicente se non interfuisse, & dicente se nescire. Tynd. tract. de testib. lib. 2. cap. 10. nu. 18.

Testes dicendo aliquem minorem debent reddere rationem ex aspectu. Tyndar. tract. de testib. lib. 2. cap. 10. n. 18. Bald. cons. 219 part. 4.

Ratio testis quia vidit, vel tetigit est bona, etiam in iis quæ auditu, vel alio sensu percipiuntur, vel si res perciperetur per sensum multum affinem cum sensu visus, secus si non idiota fuerit, vel si ageretur de probatione eius rei quæ solò auditu percipitur. Farin. tract. de testib. quæst. 70. n. 132. & seqq.

Quòd si res sit perceptibilis per visum, & auditum, & si in aliis sensibus si duplici sensu res percipiatur per vtrumque sensum ratio reddi debet, sufficit tamen

reddere per solum visum. Farin.loc.citat. nu.136.cum seqq.

Testis dictum asserentis se recognoscere aliquem, quia illum tali tempore vidit probat. Corset. in verb. testis.19.n.1.

Testis de visu inducit semiplenam probationem, Arnul.part.3.decis.300.n.2.

Probatio plena an resultat ex vno teste oculato & duobus de visu in factis antiquis si coniungantur. Afflict.dec.83.n.8.

Testimonium testis deponentis de sua præsentia concludit, secus si de alterius præsentia. Marc.lib.1. quæst.327.n.3.

Testis deponens de visu in criminalibus facit indicium ad torturam. Chass.in consuet.Burg.tit.des iustices,§.7.verb.suffisamment preuué,n.8.

Testes qui interfuerint minis, & rixæ sunt idonei. Aemil.part.3.dec.279.n.7.

Per vnum testem de visu,& plures de fama probatur impressio, & violenta intentio. Bald. cons.160. part.4.

Testis vnus potest probare vnum de visu, nec de publica voce, & fama. Æmil.part.3. dec.300. numer.1.

Testis de auditu an probet.

SECTIO 37.

TESTIS DEPONENS aliqua vera esse quæ dici audiuit an probet. Bart.tract.de testib.nu.10. Crot. tract.de testib.pag. 9.nu.1. Malet.tract.de testib.nu.26. cap.9. Schench.tract.de testib. n.45. Afflict.decis.248. n.5. Triuisan.lib.1.decis.11.n.4.6. & decis.278.nu.2. Æmil.part.3.decis.278.n.2.& decis.167.n.3.

Quæ

Quæ requirantur vt testimonium de auditu validum sit: Crot.tract.de testib.part.9.n.3.

Quod duodecim requiruntur quorum vno deficiente nullam fidem faciunt. Surd.decis.145.n.1.

In quibus sufficiat testimonium de auditu, & cur. Chassan.consi.54.n.18.

Testimonium de auditu est contrà, seu præter regulam iuris, & formã, nec dicitur propriè testimonium, Crot.tract.de testib.part.9.n.1.

Testis de auditu facit indicium, & præsumptionem per quam transfert onus probandi in aduersarium. Crot.ibid.Curt.tract. de testib. n.68. Mysing. cent.6. obseruat.58.n.3.Surd. decis.145.n.10. Benintend.decis. 67.n.6.8.Mars.singu.87.Triuis.lib.1. decis.11.n.12.Pap. li.24.ti.9.art.6.Æmi.par.2.decis.266.n.4.Maran.cons. 15.n.18.Mandell.consi.56.n.4.& consi.77. n.8.Gozad. cons.13.n.35. Et facit indicium.Gozad.consi.79.nu.11. Non tamen probat.Port.cons.94.num.24.Guid.Pap. cons.95.n.7.& consi.91.nu.7.Iohan.de Amic.cons.27. n.8.Idem de testimonio de auditu auditur. Castr.cons. 155.lib.2.n.3.Cępoll.cons.31.n.9. Siue de tertio, siue de principali. Triuisan.lib.2.decis.38.n.8.Æmil.part.3.decis.267.n.20.

Testis dicens se scire id quod deponit non per tertiam scientiam, sed per auditum, & famam probat. Crot.tract.de testib.part.9.n.2.

Testes plures deponentes de auditu ab vna, & eadem persona habentur pro vno tantum teste, quando plures ab vno causam habentes pro vno reputantur. Surd.decis.12.n.12.

Testes non debent deponere de auditu, sed de sensu. Lud.part.2.decis.106.n.17.Menoc. de recup.remed.7. n.20.

Graues tantum personæ de auditu deponere pos-

ſunt.Lanfran.in ſua praxi.cap.8.n.94.

Etiam ſi audiuerint intermedio pariete.Anton.Trigo.ſing.98.n.5.Farin.tract.de teſtib.quæſt.69.n.175.& ſeqq. Dummodo habeant vocem loquentis notam Cepol.Cautel.230.n.2. Fallit in teſtamento,& vltimis voluntatibus.Farin.ibid.n.185.& ſeqq.

Teſtes de auditu probant contra producentem.Triuiſan.lib.1.deciſ.49.n.38.

De admiſſione, probatione, & de teſtium auditu. Syntag.loc.9.n.2.

Quando teſtes de auditu plenè probent.Farin.tract. de teſtib.quæſt.69.n.146.

Ad hoc requiritur quod deponant, ſe ante litem admiſſos.Rom.ſing.353.n.1.

Teſtes deponẽtes de iudicio partium de auditu non probant.Æmil.part.3.deciſ.283.n.8.

Deponentes de auditu alieno an &quando probent. Myſing.cent.6.obſer.58.n.4. Afflict. deciſ.277.num.3. Chaſſa.conſ.54.n.36.Nepo.à Mont.Alban.tract.de teſtib.n.154.Farin.tract.de teſtib.quæſt.69.n.2. & 3.cum ſeqq.Caſtr.conſi.155.lib.2.n.3. Guid.Pap.conſ.67.n.3.

Teſtis de auditu ab aduerſariis non probat. Æmil. par.3.deciſ.264.n.8.

Adulterium probatur per teſtimonium de auditu. Schench.tract.de teſtib.n.44.Farin.tract.de teſtib.qu. 69.n.211.

Commixtio carnalis probatur per teſtem de auditu. Farin.ibid.n.197.& ſeqq.

Conſanguinitas,vel affinitas quoque. Crot.tract.de teſtib.part.9.n.1.Farin.tract. de teſtib. quæſt.69.n.66. Triuiſ. lib.1.deciſ.14.n.9.Gabr.comm.opi.concl.3.lib. 1.de teſtib. Nec ſi agatur de conſanguinitate ad affectum ſuccedendi ea omnia requirit quæ ponuntur per tex.& dd.in c.licet ext.de teſtib.Surd.deciſ.145.n.11.

Conſan-

Consanguinitatem & affinitatem, testes de auditu non probant, si sint suspecti, & infames, Farin.loc.cit. num.106.& seqq. si audierint post litem motam, ibid. num.109.S ex vno tantum audierint, ibid.num.2. Si à quibus audierint non sunt fide digni. ibid. num.113. Si deponant odio, vel amore, ib. num. 115. Si personas & gradus non declarent, ibid. num.116. 117. Si non deponant cum iuramento, ibi.n.118. Si non dicant se credere quod audiuerint. ibid.num.119. Si de graui præiudicio agatur. ibid. num. 122. & seqq. Donum probatur per testes de auditu. Farin.ibid. num.31.

Facta antiqua, & excedentia hominum memoriam probantur per testes de auditu. Chassan.cons.15. num. 18.Crot.tract.de testib.part.9.num.1. Ceph. cons.776. lib.1.Beroius cons.98. volum.3. Triuisan. lib.1. dec.11. n.1.Capic.decis.19.n.4.Farin.tract. de testib.quæst.69. n.121.125.& seqq.Cepol.cons.11. n.7.Port.cons.39.n.8. 5.Francisc.Aret.cons.77.n.2.consi.73.n.11.& 4. Item si testis dicat se legisse in instrumentis quod ita est.Mandell.cons.6.n.7.facta tempore præstito.Farin.ibi.n.55.

Feriatio etiam probatur per testes de auditu.Farin. n.63.& seqq.

Matrimonium per testes de auditu potest probari. Triuisan.lib.1.decis.11.nu.13 Farin.loc.citat.nu.72.cum seqq.Port.cons.39.n.5.

Metus in matrimonio probatur per testem de auditu.Farin.ibid.n.67.

In solutione pensionis quantis annis probetur depositio de auditu & visu, & cuius ætatis debent esse testes.Chass.cons.18.n.9.

Parentela an hodie probari possit per auditum. Aretin.cons.37.n.3.

Valor rei an per testem de auditu probetur. Æmil. part.3.decis.264.n.6.7. & quæ res probentur per audi-

tum videbis in tract.de probatio.aliquando.

Iudicis arbitrio relinquitur quando testi de auditu credatur.Farin.n.102.172.195.215.

Testes deponentes se publicè audiuisse an probent, Port.conf.39.n.22. & à maiore parte populi, Marant. consi.69.n.3.

Testes deponentes quod audiuerint publicè dici nõ probant,quia potest esse quod vnus publicè dixerit,& per relationem vnius fama non probatur.Maran.conf. 69.nu.5. & non interrogati debent deponere à quibus personis audiuerint, vt fama legitimè probetur, Port. conf.39.n.24.

Testimonium de auditu ad hoc vt valeat requiritur, quod auditum fuerit à duobus honestispersonis.Francisc.Aret.conf.103.n.2.Et an sufficiat quod ab vno audiuerit,Aretin.conf.37.n.4.

Testis si dicat se audiuisse ea quæ deponit ab omnibus,& notarius scribat à pluribus an propterea sit falsarius,Cast.conf.372.lib.1.n.3.

Testis negatiua quod non potuisset id fieri quin ipse audiuisset confundit alterius dictum affirmatiuum, Mandell.conf.56.n.32.

De Confrontatione testium.

Sectio 38.

Confrontatio testium habet vim repetitionis, Triuisan.lib.2.dec.13.n.13.

Non solùm facienda est quando testes contradicũt reo, sed etiam quando eorum examen quandocunque reum officiat,Farin.tract.de testib.q.72. n.140. cũ seq.

Quando fieri dicatur. Sol,in nou.const. Sabaud. tit. de reo.glos.9.n.1.& 2.

Testes confrontati cum reo, an possunt repeti cum eiusdem rei interrogatoriis,Farin.ibi.n.144.

Facta

Facta confrontatione non est necessaria alia testium repetitio, Sol. in nou. constit. Sabaud. tit. de reo. gl. 9. n. 1. & 2.

Testes in confrontatione debent iterum iurare, Farin. tract. de testib. quæst. 72. n. 148.

In facienda confrontatione quibus coniecturis veritas in examinando reo facilius, ac plenius cognosci possit, Sol. in nou. loc. citat. n. 9.

Iudex non potest ad confrontandum reum si magis expediens iudicauerit, illum repetere, Farin. loc. sup. citat. n. 142.

Reus confrontandus cum testibus, debet cum eisdem indumentis exhiberi si petatur. Sol. loc. citat. n. 4.

De iudicis, & examinatoris officio circa testes.

Sectio 39.

Testis examinatio ad iudicem spectat non ad partes. Sol. in constit. Sabaud. nou. tit. de reo. gl. 1. nu. 2. Et in criminalibus coram eo debent examinari, Iul. Clarus, §. testamentum.

Iudicis officium qualiter in testibus se habeat, & quid in eis inquirat, Barbat. tract. de testib. nu. 13. Et an iudicis negligentia in non examinando testes partibus nocere debeat. Angel. tract. de testib. tit quæst. n. 6.

Debet ex officio facere scribi dicta testium per personam, ne veritas pereat, & omnia quæ à partibus dicuntur in iudicio. Iaco. Butrig. tract. de testib. tit. quęd. form. circa n. 19.

Nam testium dicta scribi debent, aliàs sententia non valet, nec dicta per iudicem & notarium probant, Schench. tract. de testib. n. 98. Ægid. tract. de testibus, nu. 52.

Item poteſt iudex ex officio teſtes repellere, & de teſtium conditione inquirere, Curt. tract.de teſtib.n. 46.Rebuf.in conſtit.Gall.de reprobat.artic.5.gl.1.n.11.

Imò poteſt repellere teſtem benè probantē,Curt.ib. n.99.Gramm.deciſ.92.n.24. Contrà quod ſi debitam probationem non admittit punitur & facit litem ſuam in non admittendis admiſſis,Curt.tract.de teſtib.n.43. tamen ex cauſa poteſt nō adhibere fidem clarè deponenti,Bald.tract.de teſtib.part.3.n.38. imò omnis probatio conſiſtit in arbitrio iudicis, Mandel.conſ.95.n.3. Port.conſi.39.Mand.conſi.93.n.4.& conſ.56.n.26.

Iudicis enim arbitrio committitur an fides ſit adhibenda Nell.tract.de teſtib.n.181,Bart.tract.de teſtib.n. 1.Malet.tract.de teſtib.2.part.n.4.Crot.tract.de teſtib. tit.de teſtib.in cauſ.ciuili.nu.32. Sola in nou. Sabaud. conſtitut.tit.de depoſitio.teſtium,gloſ.2.n.2.

Debet etiam examinator ſcribere quanta ſit fides teſtibus adhibenda,vt & eorum vacillationem, & verba eorum attendere,& qualitatem perſonæ,prouidere teſtibus de loci ſecuritate,dare articulos,& interrogatoria, & ſuper his examinare. Paritatem inter partes obſeruare, Monticel.in ſuo repert.de teſtib.rub. examinat.teſt.offic.

Teſtibus abſentibus, petitiſque ob id dilationibus quid faciat iudex,Monticel.ibid.

Iudex dum ſuſpicatur de falſo contrà teſtes debet eos diligenter examinare, & eos inuoluere ſi poteſt ad veritatem eruendam.Gramm.deciſ.34.n.43.Triuiſ.lib.2. deciſ.13.n.17.

Quænam præ oculis habere debent iudices, Couar. practicar.quæſt.cap.18.

An credatur notario dicenti teſtem eſſe iuratum.vide ſect.40.

Iudex debet audire qua fronte, & qua trepidatione

teſtis

testis loquatur, Schenc. tract. de testib. n. 90.

Item testibus non testimoniis stare debet, Tynd. de testib. lib. 2. cap. 1. n. 5. item debet inquirere de conditione testis. Boer. cons. 15.

Instantia iudici perempta an dicta testium perẽpta sint. Iacob. Butrig. de test. tit. de contr. test. n. 19. Nell. tract. de testib. n. 204. nec iudicis negligentia in examinando testes, partibus nocere debet. Angel. tract. de testib. n. 6.

Testis qui venit ad iudicium & iurauit sine licentia iudicis recedere non debet, & vltra quindecim dies teneri non potest. Nell. tract. de testib. n. 40.

Nomina testium iudici edens an possit aliqua detrahere. Nell. tract. de testib. n. 51.

Iudex, & testis regulariter æquiparantur. Bart. tract. de testib. part. 2. n. 22.

Iudex dat saluum conductum partibus. Nell. tract. de testib. n. 37.

Iudex testium cognitionem non habens quomodo se gerat. Bart. tract. de testib. n. 10. iudici an necesse sit quod pronunciet dicta testium valere. Nell. tract. de testib. n. 122.

De commissione examinis, & an iudex teneatur examinare. vid. sect. 40.

Commissio examinandi testes quibus, & quomodo detur.

SECTIO 40.

QVando committi possit audientia testium senum, & valetudinariorum. Capic. in consuetud. Sicil. pag. 107. n. 2. Schenc. tract. de testib. n. 11.

Et an possit committi in causa appellationis ciuilis. Capic. ibid. n. 16.

Quando debeat à iudice delegari. Imper. inst. lib. 1. cap. 34. Sol. in nou. constit. Sabaud. tit. de examinat. gl. 2. n. 1. Monticel. tract. de testib. tit. test. examinat. an sit dele.

An in articulis datis ad repulsam testium. Lail. lib. 2. tit. in quib. casib. audient. test. n. 3.

Testium receptio an possit alteri committi in criminalibus. Monticell. tract. de testib. tit. test. exam. an sit delegab. Capic. dec. 90. n. 5. Farin. tract. de testibus quæst. 77. n. 196. cum seqq. Romã. sing. 397. n. 12. Angel. tract. de testib. nu. 26. Malet. tract. de testib. cap. 6. n. 51. Curt. tract. de testib. n. 60. Bald. tract. de testib. part. 2. nu. 10. Crot. tract. de test. tit. qui possint cogi. nu. 10. Nep. à Mont. Alban. tract. de testi. n. 80. Schenc. tract. de testib. n. 68.

An in ciuilibus arduis Monticel. loc. citat. Capic. vbi sup. Farin. 199. & 238. loc. citat.

An in causis matrimonialibus receptio alteri committi possit. Farin. loc. citat. n. 201. & 239. An in causis feudorum. Monticel. vbi sup.

An si testes sint impediti, vel iudex committi possit examen. Monticell. tract. de testib. tit. test. exam. an sit delegabilis. Farin. tractat. de testib. quæst. 77. nu. 181.

An si testes sint potentes, vel magna copia testium sit producenda receptio committi possit. Farin. loc. citat. n. 184. Monticel. vbi sup.

An si iudex sit suspectus vel cùm agitur de crimine per viam exceptionis, vel per inquisitionem generalem, vel quando agitur de purganda innocentia alicuius de aliquo crimine impediti, vel agitur de crimine ciuiliter, vel ita consuetudo disponit, committi causa possit, Monticell. tract. de testib. tit. test. examen an sit delegabile.

Quod

Quod non facilè, nec nisi ex causa committi debent, Farin.tract.de testib.quæst.77.n.192.& 193. Monticel. de testib.tit.test. examen an sit delegab.

Præsumitur iusta causa si reperitur testium commissio, vel delegatio.Capic.dec.90.n.6.

Quibus tam de iure ciuili, quàm Canonico committatur testium examen. Sol. in constit.Sabaud.nou. tit.de examin.glos.2.n.1.& glos.1.n. 11.

Iudex cui possit committere examinationem testiũ extra locum. Benintend.decis. 74. n.1.Sol.in constitutio.Sabaud.nouas,titul. de examinatio.glos.1.numero 10.

An iudici territorii vbi testes degunt committi possit examen. Monticel. tractat. de testib.tit.exam. test. cui sit committ. Marc. lib.1. quæstio 157. numero 1. Et quid si causa sit ciuilis.Malet.tract.de testib. cap. 6. num. 50. & seq. Bald. tractat. de testib. part.2. n.5. Quid si criminalis, Curtius tractat.de testib.numero 60.

An quando,& quibus casibus committi testium examen actuario possit. Marc. lib.2. quæst.228.& quæst. 786. Menoch. de recup. rem.15. n. 350. Sola in const. Sabaud. nou. tit. de exam. test.glos.6.n.3.& n. 1.Farin. tract.de testib.quæst.77.n.180.Nell.tract. de testib. n. 52.53.

An testes debeant examinari à iudice, non à notario, Crot.tract.de testib.tit.de form.in test.examine.

An notario etiam non habenti iurisdictionem de partium voluntate, & iudicis committi possit. Monticel. tractat. de testibus titul. examinat. test. cui sit committenda, & an possit examinare sine commissione, Crot. tractat. de testibus, titul. form. in test. examin.

An, & quando notario credatur attestanti de ipsa

commissione sibi facta. Farin. tract. de testib. quæst. 77. num. 185. cum seqq. Et an de sua commissione debeat esse rogatus, Baldus tract. de testib. part. 2. n. 4.

Vni de curia quando testes fuerunt in ea præsentati, & iurati. Monticel. tract. de testib. tit. examen test. cui sit committendum.

Commissio senatoria examinis non saluat examen nullum defectu iurisdictionis. Vergin. de Boccat. in tract. de remiss. cap. 9. n. 15.

An iudex possit id muneris curiæ secretariis relinquere. Sol. in constit. Sabaud. nouas tit. de exam. glos. 6. n. 3.

Examen cum vni ex consiliariis curiæ committitur an & quando eum consiliarium esse probare teneatur. Marc. lib. 2. quæst. 600.

Audientia testium alicui commissa an possit per eundem alteri demandari. Capic. in consuetud. Sicil. pag. 107. n. 18. Monticel. tract. de testib. tit. exam. test. cui subdeleg. poss. Vergin. de Bocca. tract. de remissionib. cap. 9. n. 4.

Officium commissarii in examinandis testibus, Rebuff. in consuetud. Gall. tit. de inquisit. glos. 1. numero 7. Potest eligere notarium, vel scribam idoneum ad acta, seu testium examinationes scribendas eligere. Marc. lib. 1. quæst. 137. numero 2. & si examen eius culpa fuerit nullum ad quid tenebitur. Sola in constitut. Sabaud. nou. titul. de examinat. Glos. 7. n. 1.

An commissa examinatione sit commissa potestas recipiendi protestationes super probatione testium, & an commissa reprobatione super principali sit commissa receptio super reprobatione. Monticel. tract. de testib. tit. examinat. test. offici.

An commisso examine testium sit commissum examen

men reprobationis,& an commissa receptione sit cõmissa reprobatio. Monticel. loc. citat.

Quod testium examinatio possit committi de ciuitate in ciuitatem, & de prouincia in prouinciam, & etiam in eadem ciuitate, vel loco. Monticel. vbi sup.

Testium præsentium examinatio non potest per iudicem alij committi, sed per ipsum iudicem fieri debet. Nell. tract. de testib. n. 32.

De publicatione testium quomodo, quando, & per quem fiat.

SECTIO 41.

QVid sit. Farinac. tract. de testibus quæst. 75. numero 2.

An sit actus iudicialis. Montic. tract. de testibus tit. public. deb. depos. test. Quotuplex sit, idem Farin. ibid. n. 3.

Publicari debent attestationes, Rebuff. in cons. Gall. tit. de public. attesta. art. vn. gl. 1. n. 1. aliàs fidem non faciunt. Crot. tract. de testib. tit. de form. in test. exam. n. 7. Farin. loco supr. n. 10. Schenc. de testib. n. 81. Nequidem in curia Romana, maximè in diuerso iudicio, diuersa instantia, & coram diuerso iudicio, nec in matrimonio dissoluendo nequidem semiplenè. Farin. ib. n. 11. 12. 16. 18.

Si omittatur publicatio an iudicium valeat. Nell. tract. de testib. n. 121. Socin. tract. de testib. n. 23. Montic. tract. de testib. tit. public. debent depos. test. Triuis. lib. 1. dec. 54. n. 2. & dec. 53. n. 8. Sol. in nouas. tit. de public. process. n. 5. & 6.

An omissio publicationis testium vitiet sententiam Rebuff. in cons. gall. tit. de public. attestationibus art. vn. gl. 1. n. 4. Montic. tract. de testib. tit. public. deb. de-

posit.test.

Item testes sunt semper publicati iudici, & ideò faciunt fidem coram eo licet non fuerũt publicati.Crot. tract. de testib.tit. de form. in test. exam.n.72.Farin. loc.supr.citat.n.19.

Testium publicatio non est necessaria in iudicio possessorio summarissimo. Men.de retinend. remed. vlt.n.40.

In causa quoque succedanea, & in iudice appellationis etiam non publicati probant, Farin.n.24.

Item & testes senes, valetudinarii, & alij recepti ante litem contestatam & ad perpetuam rei memoriam testes mortui,& in lõginquis partibus existentes etiam non publicati probant,id.Farin. tractat.de test. quæst.75.n.25.26.vt & de consensu partium. idem Farin.n.27.

An testis non publicatus probet,saltem in alia instantia, vel in alio iudicio, & an in causa matrimonij dissoluendi.Montic.loc.supr. tit. public. debet depos.test.

Testes in causa hæresis non sunt publicandi si timeatur potentia inquisiti. Montic. ibid. tit. test. in crim. hæresis.

Attestationum publicatio qualiter fiat,& an in scriptis redigatur. Nell.tractat. de testib.n.120.Socin. tract.de testib.n.23.Monticel.tract. de test. tit. publ. test.quomodo & quando.

An præsentia testium sit necessaria quando testes publicantur.Farin.de testibus quęst.72.n.8.Capic. in cõs. Sicil.pag.121.nu. 20. & an pars non citata possit consentire,Guid.Pap.dec.216.n.1.

Debet fieri re non verbis.Montic. loc. supr. nec inducitur ex visione exempli dictorum ipsorum testiũ, vsque adeo vt pars ipsius producere possit.Rom.sing.

32.n.

32.num.1.

An data copia ante publicationem parti per notarium habeat vim publicationis quo ad illam partem, & an si iudex dicat quod dicta testium habeantur pro apertis, & an necessariò requirat lecturam iudicis super depositionibus testium factis. Monticell. vbi supr.

Quando fiat publicatio in curia Rom.Rebuff.in cõs. Gall. tit.de public. attest.art.vnic.gl.1.n.5.

An lapso termino fieri possit post publicationem in causa, & an perempta instantia. Montic.de testib. tit.public.test.quom.& quand.

An absente parte. Butrig. tract. de testib. tit. qual. excep.oppon.test.n.11. Montic.vbi supr.Capic.in cõs. Sicil.p.121.n.1.

An die feriato Montic.ibid.tit.public.testium varia.

Publicatio testium à quo facienda. Sol.in nouas, tit. de public.process.n.5.& 6.

Pertinet ad iudicem coram quo causa pendet.Lud. Rot.luc.dec.4.n.1.

Potest fieri per ordinarium, vel delegatum successorem & subrogatum.Farin.de testib.quæst.75.n.21.& seqq.

Quòd si testes fuerint publicati coram illo iudice à quo fuerunt examinati, non potest alius iudex illis publicare ad hoc vt probent.Farinac.loc. citat. numero 14.

An possit fieri per alium quàm per eum qui examinauit.Montic.tract.de testib. tit. public.test. quomodo & quando.

An ad instantiam partis vtriusque vel alterius tantum vel tertii pro suo interesse, hæredis scripti non possidentis legatarij fieri posse.Montic.tract.de testib. tit.public.test.fit parte citat.

gari etiam publicatis attestationibus. Malet.tract. de testib.cap.8.n.14.Montic.cit.

An pars post publicationem possit aliquas interrogationes facere à testibus partis aduersæ, per quas aliquid probet.Iacob. Butrig.tract.de testib.tit.qual.except.oppon.testib.n.21.

Publicatis attestationibus testes non recipiuntur,nisi simul cum testibus instrumentum producatur, quia instrumenti productio tollit omnem subornationis præsumptionem.Surd.dec.153.n.22.nisi testes essent viles.Montic.tract.de testib.ti.testes product.public.attest.vel nisi ad probādā exceptionem si terminus statutus ad probandum sit lapsus.Nell. tract. de testibus n.128. Vel nisi testis sit probatæ fidei.Crot.tract.de testib.in ti.de form.in test.exam.n.56.& 154.

Item si testes sunt ritè recepti,sed non ritè publicati, & pars quæ vult producere testes non didicit testificata ad nouam productionem aliorum testium admittitur,etiam super eisdem articulis,& directò contrariis. Socin.tract.de testi.n.33.34.35.36.Farin.vbi supra n.99. Item si nulliter sunt recepti quamuis ad instantiā producentis fuerint publicati. Crot. tract. de testib.titul. forma in testium examine n.55.

Idem si ritè recepti non sunt,id.Farin.n.98.vel nulliter recepti Castr.consil.96.l.1.n.4. Afflict.dec.33. n.4. & quando dicantur non ritè recepti. Castrens.cons. 291. lib.1. Quid si attestationes sint nulliter sumptæ, Guid.Pap.cons.116.n.1.

Potest quoque iudex ex officio recipere testes in causa post aperturam testium etiam ad coadiuuandum accusationem.Nel.tract.de testib.n.49.Crot. tract. de testibus ibid.tit.de form.in test.exam.n.450.Vel ex alia iusta causa,Guid.dec.153.n.24.

Sed an testes recepti post publicatas attestationes

vbi non essent recipiendi probent. Socinus tract. de testib.n.188.

Probatio per instrumentum admittitur etiam post publicatas attestationes.Ioan.de Amic.cons.117.n.11.

Productus quoque ante publicationem potest examinari post eam.Surd.dec.153.n.21.

Item potest examinari non obstante publicatione vi clausulæ sola facti veritate inspecta. Cacher.dec.1.n. 27.

Quid si dilatio fuerit concessa ad probãdum,& probatum habendum an post publicationes possit examinari.Sol. in nou. constit.Sabaud.tit.de public.process. gl.2.n.2.

An possunt examinari testes post publicationem super titulo, aut possessione quando in primis articulis fuit articulata præscriptio,& contrà,Farin.tract. de testib.quæst.75.n.342.Malet.tract.de testib.cap. 7.n.128.

Quid si in articulis actor opposuit clausulam solitam apponi, scilicet non abstringens se ad probandum nisi ad ea quæ ad fundamentum suæ intentionis sufficiunt. Malet.tract.de testibus cap.7.n.130.

In causa matrimoniali admittuntur testes post publicationem,Crot.tract.de testib.tit. de forma in test.exam.n.52.Farin.vbi supr.n.383.cum seqq. vbi aliàs verteretur periculum animæ. Montic.cit. Et in omnibus casibus in quibus sententia in rem vindicatam non transit.Malet.tract.de testib.ca.7.n.131.

An possint examinari post publicationem indiscretam factámve inscia, absente, inuita, ac protestante parte,Farin. loc.citat.n.375.cum seqq.

An post publicationem factam in prima instantia possunt examinari, an causa appellationis.Farin.tract. de testib.quæst.75.n.302.cum seqq. præsertim super antiquis capitulis.Ioan.de Amic.cons.111.n. 7. vel si sit exami-

examinatus in summario iudicio possit examinari in ordinario. Castr. cons. 3. lib. 2. n. 3.

An super nouis eiusdem causæ articulis, & quando, Marsil. sing. 23. n. 1. & 2. Montic. loc. sup. citat. Socin. trac. de testib. n. 63. & 64. Farin. tract. de testib. quæst. 75. n. 77. Montic. in d. ti. testes prod. publi. attest. Guid. Pap. cons. 100. n. 1. Castr. cons. 191. lib. 1. n. 1.

Dummodò noui non sint comprehensi sub antiquis. Ioan. de Amic. cons. 117. n. 3.

An super antiquis, & super eo super quo iam testificati sunt. Malet. de testib. cap. 8. n. 15. Farin. de testib. quęst. 76. n. 72. Nepos. à Monte Alb. tract. de testib. n. 114. Montic. in suo repert. de testib. tit. testes prod. public. attest. Quare hoc fiat. Socin. ibid. n. 19. & 24.

An super articulis directò, vel indirectò contrariis, Montic. ibid. Malet. cap. 7. n. 108. Socin. tract. de testib. n. 29. 83. 84. 91. Item si agatur de probando per indirectum quod prius fuerat iam probatum. Surd. dec. 126. n. 7. & 14. Et an super aliis diuersis inclusis, tamen sub primis de necessitate. Farin. ibid. n. 91. Socin. de testib. n. 65.

Probare per testes post publicationem in causa non licet contraria articulis partis aduersæ. Afflict. dec. 33. n. 2.

Non solum testium publicatio impedit partẽ principalem in productione aliorum testium, sed etiam illius hæredem, & successorem, cui tamẽ succurritur per viam restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ, Farin. n. 94. 95.

An, & quando maiori, minori, mulieri, rustico, ecclesiæ, reip. & fisco restitutio concedatur ad examinandũ testes post publicationem. Farin. n. 432. cum seqq.

Minor an ex legitima causa restituatur ad producendum de nouo testes, publicatis attestationibus. Soc.

de teſtibus n.126. Crot.tract. de teſtibus tit.form. in teſt.exam.n.38.

Non tamen publicatio impedit ſucceſſorem in diuerſa inſtantia, aut diuerſo iudicio, niſi inſtantię eſſent ita diuerſæ, vt exceptio rei iudicatę in vno non obſtet in alio, ſecus ſi cõtra, Farin.ibid.n.102.103.106.107.109.

Neque ſi in ſecunda inſtantia eſſent perſonæ diuerſæ, vel cauſæ, vel aliud petitur. Farin.ibid.n.105.

Vt neque in præparatoriis impedit alios teſtes examinari in cauſa principali etiam ſuper iiſdem articulis, Farin.n.108.

An coram diuerſis iudicibus, Farin.ibi.n.116.117.118.

Quibus in iudiciis & caſibus publicatio teſtium aliorum examinationem, & receptionem non impediat Farin.n.119.cum ſeqq.vſque ad finem tituli.

Variæ practicæ ſuper teſtium examinatione, & eorum productione poſt publicationem, Affl.d. c. 33. & 216.

An pro intereſſe tertij, Montic.tit.teſt.prod.public. atteſt.

An vbicunque fertur ſententia per præpoſitos in arte quæ nunquam tranſit in rem iudicatam, Montic.ibid.Malet.tract.de teſtib.cap.7.n.132.

An litigatorum conſenſu ad corroborationem priorum atteſtationum & declarationem retro agitatorum, Montic.loc.ſupr.cit.

An ad corroborationem teſtium reprobatorum, Ioan.de Amic.con.117.n.7.& 9.

An ſuper contradictione partis, vel ſuper contractu contrario die, & loco teſtes publicatis atteſtationibus produci poſſint, Montic.tract.de teſtib.tit. producuntur teſtes public.atteſt.

An valeat conſuetudo quod teſtes poſſint produci publicatis atteſtationibus, Montic. loc.citat.Malet tra. de te-

de testib.cap.7.n.110.Crot.tract.de testib.tit. de for.in testium exam.n.191.

In causa venditionis super causa principali, si detur articulus deceptionis vltra dimidiam iusti precij,an testes produci possint post publicatas attestationes, & an super exceptione peremptoria,Montic.loc.citat.

Probatio per testes post publicatum processum bis tantum fieri potest,Montic.vbi supra.

Per rescriptum seu iussionem principis non possunt amplius produci publicatis attestationibus,Soci.tract. de testib.n.118.

Testes producti,& publicati quorũ dicta sunt amissa an possint iterum reproduci,Butrig.tract.de testib. tit.quales except.oppon.test.n.15.

Testes possunt post publicationem in criminalib. examinari,siue iudex procedat ex officio,& per inquisitionem sine accusatore, siue procedat ad instantiam promotoris inquisitionis,etiam in processu accusationis,Farin.tract.de testib.quæst.75.n.407.cum seqq.

Id quoque locum habet ad defensionem rei etiam ad instantiam partis si agatur de pœna corporali,secus si de pecuniaria,non tamen ad offensam,& instantiam partis,nisi testes reciperentur super diuersis, & nouis iudiciis,& capitulis,Farin.vbi supr.n.419.cum seqq.

Nec recipiuntur testes post publicationem in criminalibus quando iudex procedit existente aliquo sponte se auferente ad instigandam inquisitionem, vel deputato à parte, nisi inuestigator dedisset querelam ante inquisitionem propter quam iudex cepit inquirere, Farin.loc.citat.n.426.

Tum demum iudex admittit testes post publicationem in criminalibus si certus sit nullam subesse subornationem, Farin.tract.de testibus quæst.75.n.429.

An post didicita testimonia recipiãtur,vide Sect.43

Testes an post didicita testificata produci, recipi, vel examinari possint, & quando dicantur didicita testificata.

SECTIO 43.

COGNITIS testificatis testes nõ recipiuntur, Tyndar.tra.4.de testib.3.part.principali:ca.1.n.10. Farin.tract.de testibus,quæst.73.n.34.Ne quidem de voluntate partium,Nell.tract.de testib.n.126.

Nec faciunt præsumptionem testes post didicita testificata, Rom. sing. 754.n.1.Argid.tract.de test.n.40. Crot.tract.de test.tit.de form.in test.exam.n.60. Saltẽ super iisdem articulis,secus super aliis, Nell.tract.de testibus n.124.Socin.tract.de testib.n.45.Butrig. tract. de testib.tit.quæd.form.circ.test.n.3. Et an super nouis.Socin.ibid.n.63.vide sectio.25.

Nec recipiuntur testes post didicita testificata,siue quis per se,siue per alium didicerit,& siue sua,siue partis aduersæ testificata didicerit,Farin.loc.citat n.86.& 89.Montic.tract.de testibus,tit.test.produc.post didic. testific.

Nec super articulis directò contrariis testes recipiũtur post didicita.Farin.tract.de testi.quæst.75.n.34.68. 69.& seqq.Port.com.opin.lib.1.cõclus.39.Montic.loc. citat. Socin.tract.de testib.n.45.& an super articulis indirectò contrariis,& quando probatio indirecta esse dicatur,Socin.ibid.n.91.

Quibus casibus post didicita testificata testes possint produci,Nell.tract.de testib.n.123.

An in causis summariis,Ioan.de Amic.cons.117.n.16.

An in causa matrimoniali,Marsil. singul. 128. n.1. Marc.lib.2.quæst.752.Montic. tract. de testib. tit.test. produc.post.

An

An in causa feudali, vel quando, deperditę sunt attestationes, aut super accidentalibus non expressis, & negotio de nouo emergente, Montic. loc. citat.

An ad concomitantiam scripturæ, Afflict. dec. 33. n. 4. Montic. tract. de testib. tit. test. produc. post didic. testific.

An ad corroborandum testes post didicita testificata alij recipiantur, Butrig. tract. de testibus, tit. qual. excep. oppon. test. n. 18. & an reprobandum dicta & personas testium, Montic. tract. de testib. ti. test. produc. post.

An coram arbitris testes produci possint post didicita testificata, Montic. loc. citat.

An in causa inquisitionis, Nell. tract. de testib. n. 49. Et quid si testes primo inducti dixerunt, vel scire, vel non recordari, Nell. ibid. n. 127.

Quid si pars didicisset testificata nō ab omnibus, sed ab aliquibus ex multis examinatis, an testes non possint amplius recipi, Farin. tract. de test. quęst. 75. n. 39. Socin. tract. de testib. n. 54. Et quid si à notario. Montic. tract. de testib. tit. testes producuntur post didic. testific. Socin. vbi supr. n. 58.

Quid sit testes qui retulerunt testificata sint docti, multùm amici, fideles, veridici, vel agatur dè negocio quod non requirit magnum discursum, an testes possint recipi, Farin. vbi supr. n. 40.

Quid si quis didicerit testificata dolo partis aduersæ, Farin. loc. citat. n. 145.

Productus ante publicationem potest examinari postquam pars testificata didicit. Surd. dec. 153. n. 21.

An si testes recepti, & publicati, legitimè non sint post didicita testificata possint produci, Montic. tract. de testib. tit. test. produc. post. didic. testifi. Socin. tract. de testib. n. 29.

Mulier,& rusticus an admittantur ad producendum denuo testes didicitis testificatis, Socin. vbi supr.num. 124.

Per rescriptum,seu iussionem principis non possũnt amplius testes produci didicitis testificatis.Socin.tract. de testib.n.118.

Scientia sola testificatorum etiam ante publicationẽ an excludat quẽ à potestate producendorum testium, Socin.tract.de testib.n.46.

Iudex inquirẽs,& promotor inquisitus quo suam iniuriam,vel interesse non prosequitur post didicita testificata potest testes producere,Nell.tract .de testibus n.45.

Testificata didicisse quando quis dicatur,Lanfran.in sua praxi.cap.8.n.33.

Quando quis dicatur ex seipso didicisse,Socin.tract. de testib.n. 51.

Didicisse testificata quis dicitur quando perfectè di dicit cum plenariè regit attestationes,& potius deliberare,secus si transitoriè,Malet.tract.de testibus ca. 7. n. 133.Montic.tit. testes produc. post didic. testifi. Etiam si legerit apud notarium,& penes se nõ habuerit.Farin. tract.de testib.quæst.75.n.52.54.

Item si illa subtraxerit,vel aliàs penes se sigillatę reperiantur , dummodò essent originalia attestationum , vel copiæ scriptę manu notarij , secus si ab alio notario,vel alia persona,item secus si pars probaret se non legisse,nec vidisse quod satis probatum est,si attestationes penes partem clausę reperiantur,Farin.vbi supr. n.55.& seqq.Montic.loc.citat.

Item censetur pars didicisse testificata,si perfectè testium examini pręsens fuerit , & in eo loco vnde omnia posset audire,Montic.tract.de test.tit. test. produc. post didicit.tęstific. Dummodò examen fiat vulgari sermo-

ſermone.Farin.tract.de teſtibus quæſt.75.n.63.& ſeqq.

Item ſi pars ſit docta, & agatur de modico diſcurſu perceptibili,Farin.loc.citato.quæſt.75.n.66.

Item ſi pars audiuerit teſtificata à notario, iudice, vel extranea perſona(niſi eſſet ſuus aduocatus vel procurator) vel ipſo teſte poſt depoſitionem ſecus ante, vel ſi coram iudice.Farin.loc.citat.n. 35.38.41. & ſeqq. Socin.tract.de teſtibus.n.58.& ſeqq.

Qui percunctatus eſt originale, teſtes percunctatus dicitur,Monticel.tract.de teſtib. tit. teſt. produc. poſt didicit.teſtific.

Practica ad probandam teſtificatorum ſcientiam. Socin.tract.de teſtibus 61.62.Montic.loc.citat.

An variata inſtantia teſtes noui poſſunt produci ſuper nouis articulis, antiquis, vel directò contrariis, & an omiſsi, vel ſuſpecti in prima, poſsint produci in ſecunda.

Sectio 44.

Instantia variata de vna cauſa ad aliam ſeu de vna iuſtancia ad aliam an poſſint teſtes produci atteſtationibus didicitis, & publicatis ſuper iiſdem articulis.Socin.tract.de teſtibus n.131.

Quid ſi variata ſit inſtantia de principali ad reſtitutionem in integrum.Socin.tract.de teſtib.9.n. 116. Vel variata ſit de vna ad quaſi pœnitentialem. Montic. tract.de teſtib.tit.produc.teſt.quomodo vel variata ſit de nulla ad aliquam facta publicatione.Montic.ibid.

An teſtes poſſint produci inſtantia variata de cauſa principali ad nullitatem ſuper antiquis articulis.Socin. tract.de teſtib.n.112.Monticell.loc.citat.& tit. produc.

test.caus.appellat.

An variata instantia de causa principali ad causam appellationis,vel an testes publicati in causa denunciationis possunt produci super iisdem articulis in causa appellationis.Socin.tract.de testib.n.92.Montic.tract. de testib.tit.produc.test.in caus.appellat.

An post didicita testificata super iisdem articulis aut directò contrariis in causa appellationis,Montic.loc. citat.Et quod si publicatio facta non est, aut testificata non didicita,Socin.tract.de testib.n.108.

An super articulis directò contrariis, vel indirectò testes produci possint.Quibus probatis reprobatio at testationũ sequitur, Maler.tract.de testib.cap.7.n.114.

An super articulis super quibus in principali publicatio facta est testes produci possint in alia instantia, Montic.tract.de testib.tit.product.test.in caus. appell. Et quid si variatus sit modus agendi,Montic. ibid. tit. product.test.quomod.&c.

Testes producti in vna instantia quorum dicta non sunt publicata vel perperam,an valeant in alia instantia inter easdem personas,Signor.de Homod.caus.20.n.2.

An producti in possessorio super iisdem articulis, vel directò contrariis valeant, Montic. tract. de testib. tit.produc.test.quomod.produc.&c.

An post didicita testificata testes noui,& veteres super nouis capitalis tantùm produci possint, & quid si noui primi iurauerint super tota causa.Quid si producti in causa principali, vel non potuerunt produci in principali causa.Montic.tract.de testibus, tit. produc. test.in caus.appell.

An post sententiam ad perficiendam probationem non perfectam in causa principali produci testes possint,Et vtrum in exceptione ad liquidationem sententiæ quando dubitaretur de corpore.Montic.vbi supr.

Quid

Quid si in causa principali nulli sint producti testes, vel ad alium finem in causa appellationis, quàm in causa principali. Montic.tract.de testib.tit.produc.test.in caus.appell.& tit.test.impugn.quia ad alium finem.

An ad confirmationem, vel infirmationem testificatorum didicitorum testes in alia instantia produci possint, & an qui dixit se nihil scire in causa principali possit dicere veritatem in causa appellationis. Item an suspectus in principali sit suspectus in appellatione. Montic.tract.de testib.tit.produc.test.in caus.appellat.

Testis qui in vna causa testificatus est an possit iterum produci. Malet.tract.de testib.cap.2.n.15.

Testes recepti, vel producti in vna instantia, an fidem faciant in alia, & quid si recepti in instantia de iudice ad arbitrum variata. Socin.tract.de testib.n.132.

An contra ipsummet producentem in alia instantia testes fidem faciant. Nell.tract.de testib.n.205.

Testes examinati, & publicati faciunt fidem in alio judicio inter easdem partes. Crot.tract. de testibus, tit. de form.in test.exam.n.73. Tynd.tract. de testib. part. 3.princip. cap.1.n.4. Montic.tract.de testib. rubr. imp. testes quia in alia causa vel instantia, & quid inter diuersas personas, Tyndar.vbi supr.n.5. Montic.loc.citat.

An testes examinati in alio iudicio saltem faciant semiplenam fidem contra alium. Tyndar.tract.de testib. lib.2.cap.5. Montic.tracta. de testib. tit. impugnantur testes quia in alia causa vel instantia &c.

Attestationibus receptis in vno iudicio etiam legitimè publicatis in alia quacumque instantia, & coram quocumque iudice inter easdem personas, & ad eundem finem standum est. Socin.tracta.de testib.nu.115.

Ad hoc tamen vt fidem faciant in alio iudicio inter easdem personas oportet quod reproducantur. Crotus tracta.de testib.tit.de form. in testium examine, n. 76.

Itē quod causa nō sit omnino diuersa, Crot.ib.n. 77.
An requiratur quod testes sint publicati, Crot. ibid. n.79. Montic.tracta. de testib. tit. productio testium quomodo product.&c.
An recepti ad excipiendum valeant ad agendum, Nell.tracta.de testib.n.206. Montic.tract.de testib.tit. impugnan.test.quia ad alium finem.
Examinatus in loco vbi quis passus fuit casum, facit fidem alibi. Nell.tract.de testib.nu.227.
Probationes factæ in iudicio summario nullam faciunt fidem in plenario, Tyndar.tract.de testib. part.3. princ.cap.1.nu.2. Crot.tracta.de test. tit. de for. in test. exam.n.75. Mont.tract.de test.tit.imp.test. quia in alia causa.
Facta in causa ciuili, vel super crimine ciuiliter intentato non faciunt fidem in causa criminali, Crot.tra. de testib.tit.de testib.in caus.crimin.nu.34. Montic.tract. de testib.tit.product.test.quom.product.&tit.impug. test.quia in alia causa vel instantia product.etiam inter easdem personas. Crot.ib.tit.de for. in test.exam.n.79.
An testes in causa criminali perempta probent in alia iterum mota, Mont.tract.de testib.tit. impugn.test. quia in alia caus.
An receptus coram arbitro, vel arbitratore probet coram iudice ordinario, & An receptus coram executore litterarum apostolicarum , vel coram bonis viris probet coram iudice, Montic.loc.cita.
Quod si in iudicio contrarium dicat eius quod dixerat coram arbitro, vel arbitratore neutrum dictum attenditur.Iacob.Butrig.de test.tit.qual.excep.oppon. testib.n.23.

Tunc demum primum attenditur non secundum quando primum est assertiuum,sicut secundum,Farin. vbi supr.n.163.

Ex secundo dicto ita debilitatur primum vt ex illo deferri non possit iuramentum suppletorium,Farin. ibid.n.164.

Testis primo dicto statur quando diuersimodè in iudicio deposuit.Surd.dec.135.n.121.

Quid si testis in Iudicio dicat contrarium eius quod prius extraiudicialiter dixerat an primum aut secundum dictum attendatur.Farin.tract.de testib.quęst.66. n.193.cum seqq.Mynsing. 160.Obseruat. 14. Maler. de testib.

test.cap.9.n.5.Schench.tract.de testib.n.110. Tynd.tra. de testib.2.part.princ.cap.15.n.1. Crot. tract. de testib. tit.de form.in test.exam.n.213.

Testium variantium diuersis temporibus in eadem instantia nulli dicto statur. Tynd.tract.de testib.3. part. princ.cap.1.n.7.

Quod si testis in tortura dicat contrarium eius quod dixerat extra torturam,an primum, vel secundum attendatur.Farin.tractat.de testib.quæst.66. n. 165. cum seqq.Tyndar.tract.de testib.cap.11.n.3.& cap.3.n.1.& 3. & cap.12.n.1.

Quid si primum dictum emanasset in articulo mortis per secũdũ in tortura non tollitur.Far.vbi su. n.187.

Dictum cum iuramento plus operatur quàm dictũ sine iuramento.Tyndar.tract.de test.lib.2.cap. 8. n.19. & cap.11.n.1.Nisi coniecturæ essent magis pro non iurato quàm pro iurato.Tyndar.lib.2.cap.2.n.7.

Depositio nihil habens cõtrarietatis plus probat quã quæ contra veritatem habet.Tynd.ib.cap.7.n.14.

Testis primæ depositioni factæ per iocum, vel iracundiam an secundę contrarianti mente temperata factæ standum sit.Tynd.ibid.c.10.n.1.

Item si prima depositio conuincitur apertè falsa,secundæ standum erit contrariæ.Tynd.ibid.cap.3.n.1.

Item si deponat per verbum non recordor secundo per verbum scio,vel recordor,2.standum est. Tynd.tr. de testib.cap.9.n.1.& cap.8.n.1.Schench.tracta.de test. n.110.

Item si primò dicat se dubitare,postea affirmatiuè deposuit,secundo stabitur.Crot.tract.de testib.tit.de for. in exam.testib.numer.162.Tyndar.tract.de testib. cap. 7.n.1.

Quòd si testis in vltimo vitæ articulo protestaus est deposuisse falsũ an per hancprotestationẽ infringat

primum dictum solemniter, & cum iuramento depositum. Malet. tract. de testib. cap. 9. n. 8.

Si testis dicat sic, imo sic stabitur 2. Schench. tract. de testib. n. 111.

Testis qui dixit heri non credo, vel nescio, potest hodie dicere scio vel credo, & stabitur 2. dicto, Schench. tracta. de testib. n. 111, Tynd. tract. de test. c. 5. n. 1.

Testis incontinenti potest dictum mutare in totum, vel in partem, & statur vltimò, Aegid. tract. de testib. n. 18. vid. Sect. 78.

Testis an 1. vel 2. dicto standum si dicat malè dixisse, vel quod aliud dixit coram arbitro, & aliud coram iudice. Iacob. Butrig. tract. de test. tit. qual. except. oppon. test. n. 23.

Testes an sibi inuicem fidem derogent. Francis. Aret. cons. 13. n. 7.

Si autem sit contrarius alteri non sibi ipsi, quomodo probet. vide Sect. 73. & quomodo conciliandus, vide Sect. 74.

Item si dicat se falsum deposuisse extra Iudicium, vide Se. 31. & an dicto testis extra iudiciali creditur, ibid.

Testes varij, & contrarij inter se quando, & quomodo ad concordiam reducendi, & probent.

SECTIO 74.

TESTIVM dicta limitanda, & saluanda non calumnianda. Curt. tractat. de testib. n. 112. 113. Gam. dec. 250. n. 1. Iacob. Butrig. tractat. de testib. tit. de contrar. testium n. 5. Montic. tra. de test. tit. test. conc. Farin. tract. de testib. n. 320.

nisi sit euidens inter eos contrarietas,idem Gam. vbi supr.

Testes quoque reducendi ad concordiam si res aliter probari non possit, Tyndar. tract. de testib.3. part. nu. 7.

Imò omnis interpretatio facienda est, vt contrarietas euitetur dummodo sit possibilis, Farin. tract. de testib.quæst.65.numer.37.& 90.cum seqq.& quæst.66. n.317.

Et in actu reiterabili,Farin. ibid.n. 39. Montic. citat.

Per multiplicitatem actus si verisimilis sit,vel possibilis,sit interpretatio vt contrarietas euitetur,Crot.tra. de testibus.tit.de for.in test.exam.nu.157.Item per impropriétatem verborum depositionis testium, Farin. tract.de testibus quæst.66.n.318. Crot.loc. citat.n.156. Per interpretationem suppletiuam,Farin. ibid.n. 48.& quæst.66.n.319.Et per intellectus subauditos, Farin. ibid.quæst.55.n.52.& quæst.66.n.319.Per distinctionem quæ & leges,& testes ad concordiam reducit, Curt. tract.de testib.num.107.Per distinctionem temporum, Farin.tract.de testibus,quæst.65. numer. 54. Per exceceptionem sermonis, Farin. ibid.Per repetitionem, Tyndar.tract. de testibus part.3.capit.7.n.6.

Quæ sit causa concordiæ, & benignæ interpretationis dictorum contrariorum, Tyndar. tract.de testib. cap.vltim.n.2.

Testes contrarij inter se an ad concordiam redigi possint, Malet. tractat. de testib. cap. 9. numer.29.& 31. Port. cons. 96. numer. 22. Et quantum fieri potest contrarietas est euitanda, Mandel. cons.9. numer. 22.

Sufficit testibus deponere consonantia,& concordare in vnum rei finem,Port.cons.14.n.6.

Concordes in principali dicto possunt reduci ad cõ-

cordiam in acceſſorio, Tynd.tract.de teſtib. part.3. n.3.

An teſtis varians à dicto poſſit reduci ad concordiam. Marant.conſil.109.n.10.

An dicta contraria vnius teſtis ſicut dicta plurium poſſint ad concordiam reduci, Tynd.tract. de teſtibus, part.3.cap.vlt.n.1.

Teſtium concordia plus reſpicit factum principale quàm verborum ſuperficiem, Curt.tract. de teſtibus, n.14.

Item teſtes diſcordantes in aliquo ſi concordent in facto principali an eis credatur, Ioan.de Amic.conſ. 76. n.1. Et quid ſi in modico diſcordent in principali, Ioan. de Anan.conſ.76.n.4. vel ſi diſcordent in circunſtantiis & concordent in facto principali, Port.conſ.96. nu. 21. Marant.conſ.15.n.15.

Teſtes debent ad concordiã reduci ſi ſint pares, ſecus ſi diſpares, Montic.tract.de teſt. tit. concord. teſt. an & ad quid fieri debeat.

Item ſi ab eadem parte producti, ſecus ſi à diuerſa, Montic.vbi ſupr. Farin.tract.de teſtib.quæſt. 65.n.95.& ſeqq.

Quando, & quibus caſibus ad concordiam teſtes ſint reducendi, Farin.ibid.n.329.cum ſeqq. Public. in Aluer. 8.art.5.n.46.

Teſtium aliqui ſi dicunt filium in minori quantitate inſtitutum, filiam in maiori aliqua eos inſtitutos ęqualiter intelligatur ſcilicet eodem tempore, Nell.tract.de teſtib.n.222.

Teſtes duo ſi deponant quod Titius tali die fuit ſanus, & tres alij quod eadem die erat infirmus, an reduci poſſint ad concordiam, Crot. tract. de teſtib. titu.de form.in exam.teſt.num.151. Farin.loc.citat.num. 271.

Si aliqui deponant homicidium factum fuiſſe die lunæ, &

næ, & alij alio die quando concordantur, id. Crot. ibid. n.154.

Quid si ex duobus vnus dicat in domo, alter iuxta domum, Farin.16. Quid si vnus dicat in domo, alter in porticu domus, Farin. tract. de testib. quęst.65. num.104. 148.

Si vnus dicat sunt sex anni, alter septem, Farin. ibid. n. 251. Si vnus dicat Titium semper & continuò possedisse, alter Titium fuisse absentem. Ibid.254. Si vnus dicat occisum ense, alter lapide, ibid. n.255. Si vnus cæsim alter punctim, ibi. n.257. vnus in frõte alter in manu percussum an & quando sunt concordandi, ibid. n.258.

Si vnus dicat antè, alter post vel tempore belli, Farin. tract. de testib. quæst.65. n.161. & seqq. vel si vnus dicat quid factum fuisse præsente Titio, Titius verò neget se adfuisse, ibid. n.274.

Item si vnus dicat quid factum præsentibus tali & tali, & nullis aliis, alter multos alios adfuisse, ibid. numer. 280.

Si testis vnus dicat de nocte, alter inter diem & noctem an & quando sint concordandi, Montic. titu. test. concord. an & ad quid fieri deb.

Si vnus dicat semper possedit, alter non semper possedit, Farin. tract. de testib. quæst.65. n.254.

Si vnus dicat non vidisse pluere intelligi debet aquas insolitas, vt concordetur cum alio, Æmil. part. 3. dec. 270. n.7.

Quid si dictum testis discordet à dicto partis, Montic. loc. citat. Nam dicta testium non reducuntur ad con cordiam cum dicto partis, Castr. cons.26. lib.1. n.2. vid. eodem.

Quid si duo concordent, & vnus discordet, Montic. tract. de testibus, tit. test. concord. an & ad quid fieri debet.

Ad quem finem reducendi sunt ad concordiam. Id ibid.

Quibus casibus ad falsum euitandum non probandum testes concordandi, Farin.tract.de testib.quæst.65. n.42.46.50.52.& seqq.Crot.tract.de testib.tit.de for.in exam.test.n.144.Rom.cons.301.n.16.

Testes plures quando contradicunt pluribus, & sunt pares numero, concordantur etiam vt probent.

Si verò vnus pluribus concordatur vt probet semiplene si potest præsumi actus multiplicitas, Crot.de testib.tit. de form.in examin. test. numer. 145. 152. 153. 158.

Quòd si plures discordes pluribus sunt dispares non concordantur, nisi vt euitent periurium, Crot. ibid .nu. 180.

Quòd si vnus contradicens alteri concordetur per actus multiplicitatem, non probat, Crot.ibid. num. 148.

Contrarietas vel varietas testium qualiter sit concludenda, etiam vt probent, Nell.tractat.de testib. numer. 230.

Concordia in pluribus testibus prima facie discordibus fieri debet, vt probent & eorum dicta interpretari, Curt.tract.de testib.n.112.

Testes reducti ad concordiam an probent, Malet.tractat.de testib.capit. 9. numer. 30. & quando sint reducendi, Cæpol.cons.1. numer. 13. Marant. cons. 34. num.19.

Testes etiam si discordent quando dicantur concordes, Curt.tract.de testibus, nu.18. Iohan.de Ana.consil. 76.n.2.

Testes varij, & contradicentes reducuntur ad concordiam iisdem modis quibus leges discordantes,

tes, Crot. tract.de testib.titu.form. in test. examin. n.156.

Testes de furore,& sana mente deponentes quomodo concordentur,Boer.dec.25.n.82.

Testis deponens quod in actu duo erant præsentes,si postea interrogatus de præsentibus,si respondeat quod nemo aderat,intelligi debet præter illos duos, Æmil. part.3. dec.270.n.8.Farin.tra.de testib.quæst.66.n.368. Crot. tract.de testib.tit.de form.in exam. test. numer. 147.

Quid si 1.deposuit, postea super vltimo interrogatus dixit se nescire,intelligitur,nisi vt supra dixit,Nel.tract. de testib.n.225.

Quod si vnus & idẽ primò dixit in domo,postea iuxta domum,tunc dictio In sumi debet pro iuxta,Farin.tra. de testib.quæst.65.n.247.

Quid de teste sibi contrario, item in iudicio quàm extra iudicium,vide Sectio.31.& 78.

Testibus inter se diuersis vel contrariis si concordari non possunt quibus magis credendum & an digniores vel magis verisimilia deponentes sint præferendi.

Sectio 75.

SI testes ad inuicem sunt contrarij, quibus magis credendum,Gabriel.com.opin.concl.4.lib. 1.de testib.Pap.lib.9.tit.1.arr.14.Vergin.de Boccat.in tract.de remiss.cap.9.n.45.Bursat.cons.70. Butrig. tract. de testib. n. 10. Curt.tract.de testib. n. 41. & seqq.Gomez. Leoni.dec.73.n.1.

AFFIRMANTES præferuntur negantibus, Farin. tra. de testibus quæst.65.num.20.cum seqq. Corset. in verbis testis, 15.n.1. Afflict.dec.314.n.9. Montic.tract.de testib.ti.affir.neg. Marc.li.1.quæst.266.n.3. Triuis.li.2.dec. 62.n.14.& 15. Aman.de aq.sing.132.n.1. Mar.de Mantua. sing.373.n.1. Chass.in consuet.Burg.cons. 64. n. 25. Cæpol.cons.5.n.3. Boer.cons.39.n.15. Ioan.de Amic. cons. 90.n. 8. Si tamen negantes fuerint præsentes tunc illis ita creditur sicut affirmantibus, Marant.cons.111.numer. 16.

Vni affirmanti quàm duobus, vel tribus magis creditur, Ioan.de Amic.cons.9.n.9. & duobus affirmantibus magis creditur quàm mille negantibus, Ioan.de Amic. cons.78.n.14.

AMICITIAM probantibus magis creditur quia magis se conformant iuri communi, Ioann.de Amic.cons. 85. n.16.

ANTIQVIORIBVS testibus magis est credendum, Io. de Amic.cons.137.n.25.

BONVS qui semper fuit præfertur ei qui est emendatus de delicto, Montic.tract. de testibus. tit. test. qui præfer.commun.

Et deponentes quem esse bonum deponentibus aliquem esse malum, Lud.Rot.Luc.decis.3.num. 24. Port. com.opin.lib.2.concl.21.

PRO CAVSA fauorabili deponentes præferuntur aliis, Farin.tract.de testib.quæst.65.n.188. Montic. tract. de test.tit.pro dot.vel matrim.depon.

Præferuntur etiam deponentes in fauorem causæ pro qua lata est sententia, Montic.tra.de testib. tit. quomodo singul.res probentur.

CLERICVS præfertur laicis, Farinac. loc.citat. numer. 177. Montic. tractat. de testib. titu. cleric. quam laic. Curt.tractat.de testib.num.23. Crot.tract. de testib.

de testibus part. 9.n.4.

Et si duo testes clerici dicant me tali die fornicationem commisisse,& duo testes laici dicant cum eis me tota die fuisse,isti sunt præferendi,Ioan. de.Amic. cons. 52.n.15.

CONTERRANEIS testibus magis creditur, Ioan. de Amic.cons.52.n.11.

CONTRARII testes ex quibus causis præferantur aliis contraria deponentibus, Ioann.de Amic. cons. 8. n.40.

DELICTVM non esse commissum deponentes præferuntur deponentibus commissum esse delictum, Triuis.lib.2.dec.62. numer.35. Port. com. opin. concl.24. lib.2.

DIGNIOR an & quando minus dignis præferatur Farin.tract.de testib.quæst.65.n. 114. cum seqq. Public. in consuet.Aluer.tit.8.n.39.& 40.Montic.tract. de test. tit.dignioribus,Port.com.opin.conclus. 24.lib.2. Cacher.dec.99.n.35.Gerard.de petra sanct. sing.11.num.8. Nepos à Mon.Alb.tra.de testib.n.158.Schench.tract.de test.n.55.Crot.tract.de test.part.9.n.4.Curt.tra.de test. n.36.Aret.cōs. 701.n.3.Io.de Amic.cōsil.52.n.5.& n.14.

Et digniores præferuntur minus dignis licet sint pauciores, Gozad.consil.13.numer. 59. Ioann. de Amic.cons. 25. numer.10. Item qui sunt digniores ratione officij,Iohan.de Amic. ibid.num.7. vel nobiliores,Ludouic.part.1.dec.14.num.1.Port.cons.139.numer. 10.Ioann.de Amic.consil.25.num.2. & 9. Duo tamen non ita digni præferuntur vnico digniori, Port. consil. 186.n.3.

Quid si magnus esset excessus viliorum, Curt. tract. de testib.n.35.

DISTINGVENS pręfertur non distinguentibus,Farin. tract.de testib.quæst.75.n.191.

DITIOR an & quando pauperioribus præferatur, Farin.loc.citat.nu.117.cum seqq. Nep.à Mont. Alb. tract. de testib.num.164.Monticell.tract.de testib. tit. diuiti potius, Crot.tract.de testib.tit.de test.in caus.criminal. n.132.

EMENDATVS præfertur luxurioso, Nepos à Mont. Alb.tract.de testib.n.163.

EQVVM esse vulsum qui deponant an præferantur contrarium deponentibus.Corset.in veb.testis.9.n.2.

FAMAM alicuius esse bonam præferuntur, deponentibus de mala fama, Farinac.tractat.de testib.quæst. 65. num.151.Montic.tractat.de testib.titu. de bon. potius. Ludou.Rotæ.Lucens.dec.3.nu.27.Curt. tract.de testib. num.95. Ioann.de Amic.cons.27.nu. 30. Crot. tract.de testib.tit.de test.in caus.criminal.n.158. Gozad.cons. 13. n.28.

FRIGIDÆ esse naturæ qui deponunt præferuntur aliis contrarium deponentibus, Corset.in verb.test. 8.n.1.

DE GVSTV vini deponentes præferuntur deponentibus de visu, Montic. tractat. de testib.titu. de visu &c.

INFORMATVS præfertur, non vel minus informato, Farin.tract.de testib.quæst.65.n.165.cum seqq.

INGENVVS præfertur liberto, Nep.à Mont.Alb. tra. de testib.n.157.

PRO INSTRVMENTO deponentes præferuntur deponentibus contra instrumentum, Montic.tract.de testibus tit.pro instrumento quàm contra, Marc. lib.1. quæst.142.n.1.Marsil.sing.61.n.1.vide Sect.101.

INTEGER præfertur corrupto, Montic.tract. de testibus, tit.test.qui præfer.commun.

IVRATVS præfertur non iurato, Montic.loc.citat. tit. iurati.

Pro

Pro Liberatione deponentes præferuntur deponentibus pro obligatione. Montic. tract. de testib. tit.test.qui præfer.communi.

Pro Libertate deponentes si cum iure communi se conforment præferuntur deponentibus pro seruitute.Ioan.de Amic.cons.50.n.7.

Mascvlvs præfertur fœminis.Farin.tract.de test. quæst.65.n.179.Gerard.de petra sancta,sing.11.n.1.& 4. Corset.in verb.test. 6.n. 1. Crot. tractat. de testib.tit. de testib.in caus.ciuil.n.67.& de test.in caus.crim.n.51.

Matrona præfertur depositioni viri in virginitate probanda.Mont.tract.de test. tit. Masculi fœminis.

Mortvvs præfertur viuis quia mora supplet iuramentum,& citationem.Farin. tract. de testibus quæst. 105.n.190.

Natvrae, & negotio conuenientia qui deponunt præferuntur contrarium deponentibus. Montic. tract. de testib.tit.depon.conf.Curt.tract.de testib.n.39.

Notarivs præfertur non notarijs. Montic. tract. de testib.tit.tabellio non tabell.Farin. tract. de testib. quæst.65.n.183.Gram.dec.60.n.10.Curt. tract. de test. n.7.20.48.& 55.Crot.tract.de test.part.9.n.4.& 37.

Testibus tamen asserentibus se aliter dixisse magis creditur in criminalibus, Notario verò in ciuilibus nisi sit suspectus, vel nisi testis persona sit multum notabilis, vel nisi sunt multi testes in vnum conuenientes.Capic.dec.94.n.2.Et in consuet. Sicil. pag. 107. n. 106.Montic.tract.de testib. tit. impugn. test. qui asser. se alit.dixisse,Gramm. dec. 6.n.18.Nell.tract.de testib. dec.251.& 284.Butrig. tractat. de testib. tit.de contrar. test.n.14.

Notario quoque magis creditur si testis præsens fuit.Nellus tractat. de testibus,numer.54.246. 251. Item Tabellioni potiùs quàm testi credendum est,

cum de veritate testimonij controuertitur. Couarr. var.resol.lib.2.cap.13.n.10.Crot. tract. de testib. nu.85. Guid.Pap.consil.75.num.6.Ioan. de Amic. consil. 120. n.28.

Nec reprobatur notarius per duos, vel tres testes contrarium deponentes sine redditione causæ.Bald. tract. de testib.part.2.n.23.

PARES numero quando testes reperiuntur illi debent præferri cum quibus concurrit informatio iudicis etiam per vnum non legitimè receptum. Gozad. consil.13.n.61.& seqq.

Quid si vnus habeat vltra parem numerum testium vnum testem non iuratum. Crot.tract.de testib. tit.de for.in test.exam.n.11.

PAVCIORES testes metum deponentes an sint præferendi.Couarr.2.part.tit.de sponsalib. & matrim.cap. 3.§.5.n.10.

PERITVS imperitis præfertur. Farin. tractat. de testib. quæst. 65. numer. 186. Nell. tractat. de testib. n.200.

PLVRES an & quando paucioribus præferantur.Farin. loc.citat.n.107.cum seqq.Public.in consuet.Aluer. tit.8.numer.39.& 40.Montic.tractat. de testib.tit.plurib.numer.Hier.à Laur.dec. 122.numer. 1. Port. com. opin.concl.26.lib.1.Afflict.dec.363.num.2.Cacher.dec. 99.numer.35.Butrig. tractat. de testib. tit. de contrar. testi.n.4.

Testibus licèt paucioribus magis standum est quando sunt maiores respectu bonitatis.Ioan.de Amic.cõs. 8.n.28.& consil.52.n.3.

Si duo testes sint concordes in depositione præferuntur pluribus in depositione variis.Ioan.de Anan. cons. 76.n.3.

Quando testibus duobus magis credatur quàm mil-

le.

le.Boer.dec.100.num.5.Et quid si sint pares. Curt.tra. de testib.part.9.n.4. Butrig.tract.de test.tit.de contra. test.n.6.

POSSESSIONE qui de antiquiori deponit præfertur deponentibus de recentiori, & deponens de titulata deponenti de simplici. Montic. tract. de testib. tit.de Antiq.possess.

PRAESVMPTIONE qui aliqua iuuatur præfertur ijs à quibus nulla stat præsumptio, Ludouic.Rot. Lucens. decis.14.n.7.Montic. tract. de testib. tit. quomod. singul.res probentur.

PRO PRIVILEGIO deponentes præferuntur deponentibus contra priuilegium, Montic. tract. de testib. tit.test.qui præfer.com.

PRODVCENTIS testes præferuntur, quia eius persona dignior,& honestior est.Farin. tractat. de testib. quæst.65.numer.192. Crot. tractat. de testibus part. 9. n.50.

RATIONEM qui reddunt sui dicti præferuntur deponentibus sine ratione,Crot.tractat. de testib. tit. de form. in test.exam.nu.116.& 204.Curt. tract.de testib. n.40.&55.Montic.tract.de testib.tit.redd.rat.dicti sui. Farin.tract.de testib.quæst.65.n.172. Port. com. opin. concl.27.lib.2.Etiam si illi essent pauciores. Farin. ibi. quæst.70.n.19.

Reddentes bonam rationem præferuntur reddentibus non ita bonam.Triuis. lib. 2.dec.49.n. 10. & dec. 23.n.1.Et reddentes veram reddentibus pręsumptiuam, Farin.loc.citat.n.173.

RELIGIOSI præferuntur secularibus.Maler.tract. de testib.cap.5.n.29.

REI testes præferuntur testibus actoris, Farin.tract. de testib. quæst. 65. num. 126. 152. cum seqq.Montic.

tract.de testib.tit. pro reo quàm pro actore. Corset. in verb.test.9.n.1.Rom.consil.156.n.2.Cæpol.cons. 60.n. 2. Quòd si iudex vult adhibere testibus actoris debet exprimere,causam eámque rationabilem, & sufficientem.Farin.loc.citat.n.197.cum seqq. Gerard. de petra sancta, sing.11.n.9.

SANAM mentem qui deponunt esse,pręferuntur deponentibus de furore.Port.com.opin. lib.2. concl.16. & consil.94.n.16.Montic. tractat. de testib. tit.de sana mente.

SENIORES præferuntur in minoribus. Schench. tract.de testib.n.101.Farin.tract.de testib. quæst. 65. n. 175.Montic.tract.de testib.tit.senes iuniorib.

IN SPECIE deponentes præferuntur deponentibus in genere.Farin.tract. de testib. quæst. 65. n. 170. cùm seqq.Montic.tract.de test.tit. in spec. quam in gener. Triuis.lib.2.dec.49.n.8.Curt. tractat. de testib. num. 2.Crot.tract.de testibus tit.de form.in test.exam.num. 199.Gozad.consil.13.num.57.Ioan.de Amic. consil.39. num.9.

SPONTANEVS præfertur eo qui coactè deponit, Nell. tract. de test.n.225.

SVMMA de minori deponentes præferuntur deponentibus de maiori.Montic.tract.de test.tit.de minor. sum.Farin. tract.de testib.quæst.64.n.252.

TORTVS præfertur non torto,& post torturam testi magis creditur quàm ante, Montic. tract. de testib. tit.test.qui præfer.comm.Tyndar.tract.de testib. lib.2. cap.3.n.5.

DE VALORE deponentes qui præferantur, & si vnus ex testibus dicat rem valere centum, alter centum & decem , alter centum & vinginti cuius testimonio stetur. Pinell. de rescind. vendit. lib. 2. cap. 4.part.3. num.10.

VE-

Verisimiliora, & magis iuri communi conformia deponentibus non verisimilia præferuntur. Chass. cons.15.n.25. Mont.tract.de testib.tit.verisimil. depon. Farin.tract.de testib.quæst.65.n. 128.cum seqq. & 150. Ludouic.Rot.Luc.dec.3.n.23.Boer.dec.23.n.95. Gram. dec.23.n.24. Port. comm. opin. concl. 19. lib. 2. Curt. tractat.de testib.n.22.Afflict.dec.63.n.3.Corset. in ver. testis.7.n.1.Ioan.de Amic.cons.52.n.10.& cons.25.n.4. Gozad.cons.79.n.13.& cons.26.n.27. & cons. 8. n. 46. Marant.cons.131.n.6.Ludou.part.1.dec.14.n.2.Ioan.de Amic.cons.7.n. 40.& 60.

Et licet pauciores sint qui verisimiliora deponunt, præferuntur tamen.Public.in consuet.Aluern.tit.8.art. 5.n.41.Port.com.opin.concl.23.lib.2. Item licet essent minus fide digni.Lud.Rot.Luc.dec.3.n.31.Quia verisimilitudo efficit vt testi qui aliàs non probaret fides adhibeatur.Surd.decis.231.n.17.

Testium dicta qualiter dicantur verisimiliora. Publ. in consuet.Aluern.tit.8.art.5.n.42.Curt.tract.de testib. n.40.& n.22.Cæpol.cons.50.n. 4. Dicuntur deponere verisimiliora quando melius narrant,& sciunt factum. Gozad.cons.13.n.58.Et quando iuri communi conformia.Curt.ibid.Gozad.cons.79.n.11.Port.cons. 13. n.25. Si quis autem verisimilia non deponit, fidem nõ facit. Port.cons.94.n.32.& cons. 96.num.37.Aegid.tract. de testib.n.24.Boer.cons.40.n.111.

Veridicvs præfertur mendaci, Nepos à Mont. Alb. tract.de testib.n.162.

Vicinvs præfertur extraneis. Afflict. de iure prothom.§.super ista n.13.Montic.tract.de testib.tit.vicin. non vicin.& tit.test.qui præfer.com. Farin.tract.de testib.quæst.65.n.166.

Virgo præfertur viduis. Farin. loc. citat. num.180. Montic.vbi supr. tit. Mascul. fœminis, Port. commun. opin.concl.30.lib.2.

De Visv deponens præfertur deponentibus de auditu, Montic.tract.de testib.tit.de visu &c.

De Vi & metu an præferantur deponentibus de voluntate, Gam.dec.346.n.3. Curt.tr. de test. n. 117. Montic.tract. de testib.tit.de metu potiùs quàm &c. Boer. consil.39.numer.13. Gozad. consil. 9. numer. 16. Item præferuntur affirmantes metum negantibus, Mandell. cons.77.n.12.

Vniversaliter deponens præfertur deponentibus indefinitè. Farin.tract. de testib. quæst. 65. nu.171. Port.com.opin.concl.32.lib.2.

Contra Vniversitatem deponentes an præferantur deponentibus pro illa, Montic.tract.de testib. tit.test.qui præferuntur communia.

Viri testes an præferantur testib. vxoris, Montic. tract.de testib.tit.masculi fœminis.

An magis credatur quatuor testibus deponentibus puerum esse extractum ex vtero matris mortuum, quã duobus dicentibus eum viuum, Bald.cons.69.part.5.

Quando veritas aliter quàm per testes minus idoneos haberi non potest, & iuramentũ partis non potest haberi cui standum sit, Marc.lib.2.quæst.94.

Si autem testis sit sibi contrarius & varius cui dicto magis credatur, vid.sect.73.

Si vnus dicat in iudicio, aliud extra judicium cui magis credendum sit, vid.Sect.31.& 78.

De pœna testis varij, vacillantis, & contrarij.

Sectio 76.

Testis vacillantis quę sit pœna. Public.in Aluern. tit.8.art.5.n.48. Montic.tractat.de testib. tit. test. con-

contrar.var.& vacill.qual.puniatur.

Vacillans punitur de falso. Farin. tractat. de testib. quæst.60.n.57.Si modò varia deponat, & diuersa, Farin.ibid.nu.58.Crot.tractat.de testib.tit. form. in test. exam.n.143.

Idem in teste vario,& contrario. Farin. loc.citat.n. 56.60.62.& seqq.Mont.tractat.de testib.tit.test.contr. var.& vacill.an & qual.puniantur.

Si 1.examinatus sine iuramento,vnum postea cum iuramento aliud deponat, punitur falsi, Far.tract.de test. quæst.60.n.63.

Quid si in variis iudicijs,& instantijs varius sit. Tyn. tract.de testib.3.part.princ.cap.1.n.1.& cap.2.n.1.

Item si in iudicio plenario contrarium dicat eius quod prius in summario dixerat.Farin.ibid.64. Mont. tract.de testib. tit. testib.contr.var.& vacill.an & qual. puniatur.

Vel in tormentis contrarium eius quod sine tormẽtis.Farin.loc.supr.n.65.Montic.ibid.

Varius tamen sibi & contrarius in non substantialibus non punitur pœna falsi.id.Far.tract.de test. quæst. 69.sed crimine stellionatus punitur.Farin.ibid.n.70.

Quibus alijs modis,falsi pœnam incurrat,vel stellionatus testis varius & contrarius,Farin. ibid. loc.supr.n. 73.74.75.cum seqq.& quæst.65.n.6.cum seqq. Mont. tract. de testib. tit. test.contrar. varij & vacillan. an & qual.puniantur.

Testis varius, contrarius, & vacillans an & quando torqueri possit ad videndum, in quo dicto persistat,idem Farin.tract.de testib.quæst.60.n.96.cum seqq.

Data paritate testium licet digniores vincant minus dignos quoad fidem, & probationem non tamen quoad punitionem. Far.tract. de testibus,quęstion.65. num. 8. hócque casu tractat saltem carcerationem &

inquisitionem, Farin. ibid. n. 9.

Data contrarietate inter testes vnius & alterius partis nullus ipsorum poterit de falso puniri. Gram. nu. 6. dec. 60. Farin. tract. de testib. quæst. 65. n. 6. & 7.

Seruus etiam in causa ciuili torqueri potest ex sola variatione. Farin. ibid. quæst. 66. n. 117. Item si vltra vacillationem concurrat vilitas personæ. idem Far. ibid. n. 118.

Item si causa ciuilis habeat crimen annexum. Farin. ibid. nu. 119. & quando testes sint torquendi, vid. Sect. 87. & 88.

Contrarietas vbi est inter testes vtriusque partis, vel quia testes pro vna parte dicunt, & alij ab alia parte producti contrarium non ex hoc falsitas inferri debet. Gram. dec. 60. n. 70.

Testis dictum obscurum quomodo interpretandum sit.

SECTIO 77.

TESTIS dictum interpretatur secundum communem vsum loquendi, Montic. tract. de testib. tit. testium dicta qual. interpret. Farin. tract. de test. quæst. 68. n. 51. Rom. cons. 301. n. 15.

Item contra producentem. Farin. tractat. de testib. quæst. 68. n. 60. 61. Montic. tract. de testib. tit. testium dicta qual. interpret. Afflict. decis. 102. Nell. tract. de test. n. 185. Crot. tract. de testib. tit. de form. in test. exam. n. 91. maximè in odiosis. Ioann. de Amic. cons. 61. n. 12.

Item secundum populi intelligentiam. Montic. tract. d testib. tit. testium dicta qual. interp. Farin. tract. de testibus quæst. 68. num. 49. & 50. non autem secundum iurisperitorum subtilitatem. Rom. cons. 490. n. 12.

Item

Item debet intelligi dictum obscurum ciuiliter, Montic.tract.de testib.titul. testium dicta qual.interp. Farin.tract.de testib.quæst.68.n.52. Tynd. tract.de testib.3.part.cap.6.n.16. Rom.consi.301.n.4. & 490.n.1. humanè. Tyndar.ibid.n.17.

Dictum testis dubium ad quid referri debeat, & an debeat intelligi secundum depositionem alterius testis specialiter loquentis, Mandell.conf.9.n.23. In dubio enim censetur deponere super eodem facto non autem diuerso. Crot.in tract.de testib.ti.for.in testium exam. n.13. Item si ex vna sequatur aliud censetur deposuisse super vtroque, Mandell.conf.83.n.25.

Testis potest dictum suum obscurum declarare, Iacob.Butrig.tract. de testibus titul. quoad form.circ. num.6.

Testes communiter idiotæ in dictis esse solent nescientes propriam verborum significationem. Tynda. tract. de testib.3.part.cap.6.n.4.

Ad capitula omnia significata, ad articulum, & petitionem partis, ad instrumentum, ad tempus, & locum interpretatio dicti debet referri. Montic.tract.de testibus, titul. testium dicta qual.interp. Farin.tract.de testibus, quæst.68.n.58.& 59.

Explicari debet fauorabiliter, & in benigniorem partem, Farin.tract.de testibus, quæst.68.num.45.& 53. Montic.tract.de testibus, tit.testium dicta qual. interp. Malet.tract.de testibus, cap.9.num.25. Tyndar.tract.de testib.lib.2.cap.2.n.3.

Et propriè, Farin.ibid.n.47.48.

Item secundum subiectam materiam, Montic.tract. de testib.tit.testium dicta qual.interp. Farin. loc.supr. num.57.

Et secundum rationem quam attulit. id. Montic.ibi. Ioan.de Amic.conf.79.n.2.quid si ratio sit falsa, & non

concludens, dictum eius non est verum. Ioan. de Amic. cons. 1. n. 24.

Debet quoque dictum testis per dictum alterius interpretari. idem Montic. ibid.

Dubium est verbum testis quod multipliciter potest intelligi, Tyndar. tractat. de testibus, 3. part. numero 1.

Testium dicta debent explicari, vt potius sonent in factum quàm in ius, Farin. tract. de testibus, quæst. 68. n. 54. Item potius debẽt iuuari quàm impugnari. Ioan. de Amic. cons. 52. n. 5.

Nec repugnantiam continere debent, Montic. tract. de testib. tit. dict. test. qualiter interp.

Interrogatus de veritate dicens se nihil scire intelligitur de veritate, non fama. Nell. tractat. de testibus, numer. 174. Ne sint captiosi, Monticel. vbi supr.

In criminalibus quando amplianda, & restringenda, Chass. cons. 48. n. 26. Per multiplicationem actus eiusdem nominis.

Sunt diuisione adiuuanda, Montic. loc. supr. Testis verbum ambiguum, vel obscurum ad postulationem alicuius an per iudicem, vel testem interpretari debeat. Iacob. Butrig. tract. de testibus tit. qual. excep. oppon. nu. 8. Non sunt calumnianda, nec cauillanda, Montic. loc. supr.

Iuramentum testis refertur ad articulos pertinentes, Curt. de testib. n. 16.

Tantum valent verba testium quantum sonant, Montic. cit. pro quo debeant interpretari, Iacob. Butrig. de testib. tit. de contrar. testium, n. 12. Denotant actum perfectum, Montic. vbi supr. Debet testis reduci ad iudicium, vt interpretetur, Schench. tract. de testib. numer. 48. Debent suppleri quantum fieri potest,

Montic.

Montic. tractat. de testibus, titul. testium dicta qual. interpr.

Testis etiam ex interuallo declarat dictum suum quando officio iudicis & testis fungitur, Schench. tract. de testib. n. 189.

Vna depositio declaratur per aliam, Farin. tract. de testib. quæst. 68. n. 55. 56.

Testis dictum qualiter accipiendum, Chass. cons. 54. n. 16. Curt. tract. de testibus, n. 113. Tynd. tract. de testib. cap. 4. n. 8. Bald. tract. de testib. 3. part. n. 25. Qualiter intelligatur si dicat aliquid esse verum, Nell. tract. de testib. n. 124. Quid si dicat se non vidisse, Curt. tract. de testib. n. 109.

Testis dicens se continuò vidisse intelligitur de visione continua quæ cadit in socium, vel vicinum, Bart. tract. de testib. n. 83.

Testis qui dixit nescio intelligitur, nisi vt supra dixit, id. Barth. n. 23.

Dictum, & plus in teste quid operetur, Malet. tract. de testib. cap. 9. n. 24. & 25.

Indefinitè probata à teste non æquipollet vniuersali, secus si probata à iudice examinante testes. Crot. tractat. de testibus, tit. de form. in test. exam. num. 99. & 198.

An & quando testis possit variare, corrigere, aut declarare dictum suum.

Sectio 78.

An & quando testis possit corrigere suum dictum. Tynd. tract. de testib. cap. 4. n. 2. & n. 5. & 7. Nep. à Monte Alb. tract. de testib. n. 149.

Testis potest incontinenti corrigere suum dictum, Farin.tract. de testib.lib.3.tit.7.quæst.66.part.7.num. 227. Tyraq. de retract. conuent. §.1.glos.5. numer.18. Monticell. tractat. de testibus, titul. corrigere an & quando, Tyndar.tract.de testib. lib.2.cap.1,7.numer. 18.

Et si testis sit synodalis, Butrig.tract.de testib. titul. quæd.forma circa, Rom.cons.59.n.12.

Nec habet necesse docere de errore, Farin.ibid.nu. 240.& Montic.ibid.

Nec de causa erroris,& correctionis,debet tamen aliam adducere, & allegare, & talem vt iudici iusta videatur,aliter correctio non admittitur, Farin.ibid nu. 241.Capic.n.3.dec.142.

Quando testis dicatur se incontinenti corrigere.Capic.n.3.& 9.dec.142. Monticell. ibid. Tyndar.tract.de testib.cap.4.n.4.

Si ante perfectum examen,& antequam testis discedat à Iudicis conspectu dictum suum corrigat,dicitur incontinenti corrigere,Farin.ib.n.229.

Vel etiam incontinenti dicitur se corrigere, licet eius responsio sit scripta à notario, dummodo examini nondum se subscripserit, Farin. ibid. numer. 231.

Vel etiam licet examen sit perfectum dummodo non sit cum parte collocutus,Farin.ib.n.232.

Vel non sit locutus cum aliquo à quo potuerit de illius depositione certiorari,Farin.ib.n.234. & hoc casu medio iuramento testi creditur,ibid.n.237. Quod si testis ad se corrigendum post triduum depositionis veniat præsumitur locutus cum parte & ab ea subornatus,ibid.n.238.

Sed an testis dicatur se incontinenti corrigere multum iudicis arbitrio relinquitur. Farin.ibid.num.290.

Hieron.

Hieron.à Laurent.dec.33.n.12.

Et iudex poteſt arbitrari correctionem factam incontinenti quando teſtis ad extraneos actus non diuertit.Farin.ibid.n.239.

Teſtis ex interuallo ſe corrigere non poteſt, Farin. de teſtibus,lib.3.tit.7.quæſt.66. nu.227. Montic. tract. de teſtibus,tit.corrigere an & quando.

Secus quando cauſam correctionis & erroris non allegat ſed etiam probat.Farin.ibid.n.245.

Vel etiam teſtis poteſt ex cauſa obliuionis dictum ſuum corrigere ex interuallo. Farin.ibid. n.246. dummodo ſit obliuio veriſimilis,ibid.

Item quando eſt teſtis nobilis qui agit inter viles,& modica de cauſa,Farin.ibid.n.247.

Poteſt etiam ſe corrigere ante publicationem non poſt, dummodo iuret ſe cum parte non eſſe locutum,Farin.ibi.n.248.Aliàs non poteſt & ex interuallo dicitur,& teſtis præſumitur locutus cum parte, num. 254.

Et licet correctio facta ex interuallo non tollat primum dictum, illud tamen debilitat, adeo vt nec deferatur iuramentum in ſupplementum,Farin.ibid.numer.250.

An poſſit ſe corrigere poſt didicita teſtificata.

An iuratus ſine periurio, Montic.tract.de teſtib.tit. corrigere an & quando.

An ex interuallo poſſit teſtis addere, vel detrahere depoſitioni,Montic.tract. de teſtib.tit. corrigere an & quando.

An ſi prius dixerit ſe neſcire poſſit poſtea dicere ſe ſcire vel melius recordari.

Vel ſi dixerit ſe ſcire poſtea dicat ſe recordari,Montic.ibid.

Si teſtis vult ſe corrigere aliquid addendo primæ

depositioni ad instantiam partis non potest, Farin.ibi. nu.253. Secus si sua sponte, vel iudicis officio, num.257. Tynd.de testib.cap.4.n.5.

Si testis se corrigendo dicat contraria, nec 1. nec 2. dicto statur, secus si addat aliquid primo dicto, quia tunc sufficit allegare obliuionem absque causa obliuionis, Farin.ibid.num.242.243.

Et se corrigendo ob iustam causam correctionis potest tanquam suspectus, de subornatione torqueri, Farin.ibid.n.244.

Quid si testis dicat fuit sic, imo sic, cui dicto stetur, Montic.tract.de testib.tit.corrigere an & quando.

Testis an, & quando prius dictum suum possit corrigere, ita vt vltima eius depositio sit validior. Syntag. com.opin.loco 9.tit.2.cap.22.

Pro teste qui petit depositionem suam corrigi, Fichard.caut.83.

Testis potest declarare suum dictum absque nouo iuramento, & noua partis citatione etiam ex interuallo, Montic.tract. de testibus, tit. corrigere an & quando, Lail.lib.2.tit.in quibus casibus aud.test.n.4.

Dictum suum potest item declarare quando iudicis, & testis officio fungitur, Montic.ibid.

An infra terminum examinatus possit illud declarare. Montic.ibid.

De teste vario sibi ipsi conciliando, vel puniendo, vid.sect.74.& 76.

Testis de credulitate an fidem faciat.

SECTIO 79.

VTRVM testes de credulitate probent. Triuis. lib. 2.dec.49. Æmil.part.3.dec.278.nu.1.Montic.tract. de te-

de teſtibus,ti.quid ſi depo.per verb.credo,Farin.tract. de teſtib.quæſt.68.n.62.63.

Quando & quantum probent, Syntag.loc.9.tit.2.c. 18.Maſcard.concluſ.1369. de probat. Farin.de teſtib.q. 68.n.67.cum ſeqq.Angel.tract.de teſtib.n.7.

Statutum quod credatur teſtib.de credulitate an valeat,Rom.ſing.363 num.1. Tynd.tracta.de teſtib.cap.5. nume.6.Crot.tract.de teſtib.tit.form.in teſt. exam.nu. 129.

Teſtes deponentes per verbum credulitatis referentes ſe ad iudicium proprium non probant. Cach.dec. 122.n.1.

Credulitas in teſte à calumnia non excuſat in iudicio, niſi veritas adſit. Nell. tractat. de teſtibus, numer.178.

Teſtis deponens per verbum credo an probet.Cæpol.caut.43.n.1.Lanfranc.in ſua prax.cap.7.n.28.Montic.tract.de teſtib.ti.quid ſi depo.de indicio ſuo,Farin. tract.de teſtib.quæſt.68.nu.8. Crot.tract. de teſtib.tit. forma in teſt.exam.n.121.Tyndar.tract.de teſtib.cap.5. nu.3.

Et an affirmet vel neget.Afflict.dec.302.n.25. Montic. tract. de teſtibus, tit. quid ſi deponit per verbum credo.

Quid ſi dicat ſe pro certo,vel firmiter credere,Farin. tractat.de teſtibus, quæſt.68.num.67.68.69.70.Montic.tractat.de teſtibus,tit. quid ſi deponit per verbum credo. Crot. tractat. de teſtib. tit.forma in teſt.exam. n.121.

Quid ſi ſimul adducat rationes veriſimiles & præſumptiones.Montic.ib.

Credulitas teſtis vtrum probet in his quæ ſunt de peritia artis. Montic. ibid. Farin.ibid. quæſt.68. num. 95.96.97. Crot.tract. de teſtibus, tit.for.in teſt.exam.

n.126.Tynd.tract.de testibus,cap.5.n.10. Bart.tract.de testib.n.12.

Quid si credulitas causetur à sensu corporeo vt quia vidit, vel præsens fuit, vel si proximus sit sensu per quem percipitur veritas, An saltem in casibus qui sciri non possunt de veritate, vel in quibus non potest haberi vltimus gradus certitudinis, Monti.tract.de testibus,tit.quid si deponit per verbum credo.

Deponens de valore rei si deponit de credulitate vel opinione probat.Bald.tract. de testibus,3.part.n.26.

An in casibus vbi testimonium concludit præsentiam testis de credulitate probet.Montic.ibid.

An si testis prius assignauerit causam scientiæ sufficientem,Montic.tract.de testibus, tit. quid si deponit per verbum credo.Farin.tract. de testib.qu.68.n.74.

Testis per verbum credo probat ad deffensam, non ad offensam.Farin.tract.de testib.quæst.68.num.77.& seqq.Montic.tract. de testibus, tit. quid si deponit per verbum credo.Crot. tract. de testib.tit.form.in test.exam.n.125.

Quid si dicat scio quia credo, Montic. ibid. Quid si dicat scio,& credo, Montic. tract.de testib.tit.quid si deponit per verbum credo.

Testis per verbum credo an plenè vel semiplenè probet,Montic.tract.de testib.tit. quid si deponit per verbum credo.

Sententia lata ex testibus de credulitate non transit in rem iudicatam, Farin.tract. de testib.quæst.68.numer. 117.

Testes qui de credulitate deponere possint. Bart. tract.de testib.n.12.

Testis credulus probat ea quæ directò probari non possunt,Farin.tract.de testib.quæst.68.n.81.

Quæ sensu percipi non possunt,ibid.numer.82. Quæ præsum-

præsumptiuam admittunt probationem.ibid.n.83.

Quæ difficilis sunt probationis,Far.ibid.n.84.Crot. de testi.tit. form.in test.exam.n.127.

Credulus probat in antiquis,Farin.tractat.de testib. quæst.68.n.85.86.87.Probat filiationem. Farina. ibid. 88.& seqq.Tyndar.tract.de testib.cap.5.n.12.Matrimonium.Farin.ibid.n.89.Adulterium. Farin.ibid. nu.93. Tynd.tract.de testib.cap.5.n.12.ætatem,Farin.ib.n.94. valorem.Farin.ibid.n.98.

Testis vnicus an & quibus casibus probet.

Sectio 80.

Testi vnico an & quando credatur.Chassan.in Consuet.Burgund.tit. des Iustices. §.5. verb. s'il n'a grace n.172,& seq.& §.7.verbo suffisãmẽt preuué num.3.& cons.37.n.4.& cons.64.num.35. Triuis. libr. 2.decis.49.num.4.& decis.39.nu. 4. Gulielm. de Lud. sing.27. num. 1. Rebuff. in cons. Gall. tit. de citation. art.1.gl.3. Butrig. tractat. de testibus. Schenc. tractat. de testib.num.56.Farin. tract. de test. quæst. 63. num. 1.Æmil.part.3.decis.271.num.1.Tyndar.tract.de testib. libr.2.cap.7.num.2.Montic.tract.de testib.tit.impug. test.quia vnicus.Nepos à monteAlb.tract. de testib.n. 67.Malet.tract.de testib.cap.3.n.71.Public.in consuet. Aluern.tit.8.art.5.n.45.

An saltem testis vnicus semiplenè probet Afflic. dec.124.n.3.Franc.decis.95.num. 1.Surd.dec.12.num.11. Const.in verb.testis 3.num. 1. Chass.in consuet. Burg. tit.des Retraicts §. 12. verb.si la fraude num.15.Gram. dec.28.n.3.Anto.Trigo.sing.66.n.3.Tyndar.tractat. de testib.libr. 2.cap.5.n.41.Ioan.de Amic.cons. 151. n. 22. Boer.cons.40.n.61.

Et an faciat præſumptionem adeo vt onus probandi transferatur in aduerſarium. Gozad.conſ.75.n.19.

Si tamẽ ſit modicus defectus non facit ſemiplenam probationem, Marant.conſ.12.n.9.

An ſemiplenè probet vnicus teſtis in criminalibus Triuiſ.libr.2.dec.52.n.2.

Vel ſi cum cauſa deponat, Corſet.in verb.teſtis 3.n.1. vel ſi ſit omni exceptione maior, Benint.dec.62.n.4.

Si vnus teſtis dicat quod Titius eſt hæreticus quia dicit quod Chriſtus non eſt natus ex virgine, & alius dicat quòd Titius dixit perſonas trinitatis non eſſe æquales, non probant Titium hæreticum, Ioan. de Amic.conſ.127.n.8.vide ſect.81.& ſeq.

An ſtatutum poſsit diſponere quod vni teſti omni exceptione maiori non credatur, Crotus tract. de teſtib.tit.quæ requirantur.n.22.

An poſſit diſponere quod non deferatur iuramentum in ſupplementum, Crot.ibid.n.32.

Statutum tenet quod credatur vnico teſti in ponderatione auri, Chaſſan.conſi.21.n.8.

An valeat ſtatutum quod credatur vni teſti in alterius præiudicium, Crot.loc.ſupr.n.18.

Teſtis vnius dicto vt ſtetur ad plenam probationẽ faciendam priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto induci poteſt. Marc.libr.2.quæſt.455.Farin.tract. de teſtib. quæſt.63. n. 8. cum ſeqq. Item & coniunctione partium, Crotus tract.de teſtibus, tit. quot requir. numero 8.

Poſſunt enim partes credere vni teſti etiam odioſo, Rebuff.in praxi Benef.tit.tertia pars ſignat.n.14.

An Papa vel Imperator facere poſſit vt teſtis vnius dicto credatur contra partem vel in eius præiudicium, Rom.ſing.715.n.1.Far.tractat. de teſtib.quæſt.63.n.8. cum ſeqq.Crot.loc.cit.n.16.

Epiſco-

Episcopus non potest disponere quod quis conuincatur de crimine vsurarum per vnum testẽ. Crot. tract. de testib. tit. quot requirantur. num. 19.

Et quid si vnus testis dicat quod Titius est vsurarius quia sub vsuris mutuauit Sempronio, alius dicit quod mutuauit Caio, hoc nõ probat Titium esse vsurarium, Ioan. de Amic. cons. 127. n. 7.

Solius sacerdotis dicto an standum sit, Leo. cons. 62. n. 1.

An testis vnius dictum cum alijs indicijs probet semiplenè, Schenc. tract. de testib. n. 87.

Quibus casibus vnius testimonio cum adminiculo famæ publicæ credatur. Schenc. tract. de testib. num. 66.

An testi de auditu vnà cum fama, Montic. tractat. de testib. tit. testium dicta an & quando coniung.

Testis vna cum fama an plenè probet exceptionem excommunicationis obiectam in vim dilatoriæ exceptionis, Rom. sing. 201. n. 1. Crot. tract. de testib. tit. de testibus in caus. ciuili n. 58.

An probatio vnius testis sufficiat cum iuramento suppletiuo, Chass. in consuet. Burgund. tit. des iustices, §. 2. verb. & la preune n. 20. & §. 7. verbo suffisamment preuné n. 14. & 16. Mont. tract. de testib. tit. Impugn. testes quia vnic. & tit. test. dicta an & quando coniung.

Iuramentum suppletorium non defertur probanti per vnum testem illegitimè natum. Crot. tract. de test. tit. de testibus in caus. ciuil. n. 72.

Vox vnius vox nullius, Cacher decis. 72. n. 43. Rom. sing. 622. n. 1.

Testis vnus ex confessione extraiudiciali nec indiciũ quidem facit, Triu. lib. 2. quæst. 49. n. 59. De cõfessione verò parte præsente facta, probat semiplenè.

Surd.dec.12.n.5.

Vnus testis de confessione absente parte facta vna cum alio teste de veritate facit plenam probationem Gozad.consil.79.n.11.Chassan.cons.12.n.17. Mandell. cons.95.n.10.

Testi vnico in facto proprio an sit credendum, Æm. part.3.decis.271.n.2.& 3.Montic.tract. de testib. titul. impugn.test.quia vnic.Farinac. tract. de testib. quæst. 63.n.209.cum seq.Crot.tract.de testib. tit. testes quot requirant, n.2.3.& 8.

An in præiudicium tertii.Franc.decis.60.n.14.

An testis vnus probet contra inducentem, Triuis. libr.2.decis.49.n.5.& libr. 1.decis.41.num.10. & libro 2.decis.62.n.4.& 5.Surd.decis.288. n.40.& decis. 284. n.18. Montic. tractat. de testibus.tit.impugn.test.quia vnic.

Quandoque testis vnicus plenè probat licet vulgo dicatur vox vnius vox nullius, Marsil. sing. 433. numero 1.

Arbitro seu arbitratori soli credendum est de his quæ coram ipso gesta sunt quando partes dederunt potestatem cognoscendi in scriptis & sine scriptis. Crot.tract.de testib.tit.quot requirant.n.15.

An & quando Cardinalis vnius dicto plenè credatur, Crotus loc.citat.n.5.& seqq.Gom.Leo.decis. 51. n. 2.Farin. tract. de testib. quæst.63.num. 55. cum seqq. Montic.vbi supr.

Doctori de consuetudine attestanti credendum est, Chass.consil.64.n.8.

Et an vnico testi de consuetudine attestanti, Guid. Pap.consil.164.n.2.

Episcopo soli aut eius literis an credatur, Farin. vbi supr.n.16.& 17. Montic. tract. de testib. tit. Impugn. test.quia vnic.

Ciuitas

Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem, poteſt ſtatuere quod teſtimonio ſolius Epiſcopi aut Marchionis quælibet cauſa decidi poſsit. Crot. tract. de teſtib. tit. quot requir.n.21.

An & quando Imperatori ſoli credatur.Farin.tract. de teſtib.quæſt.63.n.65.85.& ſeqq.

An infanti de dicto proprio deponenti. Crot. tract. de teſtib. tit.quot requir.n.2.3.& 8.

An iudici etiam de facto ſuo credatur.Rom.Leo.deciſ.51.n.2.

An & quando aſſertioni ſummi Pontif.plenè ſit credendum.Farin.tractat.de teſtib. quæſt. 63. n. 29. cum ſeqq.Rom.ſing.127.n.1.Crot.tract. de teſtib. tit. quot requir.n.14.108.& 183.

An & quando principi,Farin.loc.citat.n.65. 85. cum ſeqq.

Principi atteſtanti ver verba aſſertiua plenè creditur.Crotus tractat.de teſtib.tit.de teſtibus in cauſ. ciuili n.46.Farin.tracta.de teſtib.quæſt.63.num.29. cum ſeqq.

Preſes aut alia præfulgens dignitate an ſolus probet, Far.loc.citat.n.3.cum ſeqq.Montic.vbi ſupr.

An & quando Regi plenè credatur. Farin. vbi ſupr. n.65.& 85.cum ſeqq.

Teſtis vnius probatio ad quæ valeat.Boer.deciſ.183. n.3.

Facit vacillare fidẽ teſtamenti. Lud.Rot.Luc.dec. 13.

Excuſat accuſatorem à pœna talionis. Marſil. ſing. 47.nu. 2. Montic. tractat. de teſtib. tit.Impugn.teſt. quia vnic.

Facit indicium contra Notarium,Lud.Rot. Luc. deciſ.13.n.30.

Inducit malam fidem in præſcribente. Boer.deciſ. 211.n.16.& 20.

Non iustificat neque damnat. Curt. tract. de testib. n. 110. But. tract. de testib. tit. de contrar. test. n. 2.

An vnius testimonium sufficiat ad torturam. Pap. li. 24. tit. arr. 2. Boer. decis. 118. n. 16. Tyndar. tract. de testibus libr. 2. cap. 7. n. 3. Et an testis vnus integer faciat indicium, Ioan. de Amic. consil. 37. n. 6.

An ad condemnationem testimonium vnius testis faciat satis Malet. tract. de testibus cap. 4. n. 58. Butrig. tract. de testib. tit. de contrarietate testium n. 2. Curt. tract. de test. n. 110.

